australibus: quia tunc aer est magis ingrossatus propter humorem, quem secum adducunt venti australes. Et hoc maxime accidit his, qui habent oculos debilitatos propter nimiam humiditatem: tum quia aer etiam tunc magis ingrossatur propter humorem euaporantem ab oculis, tum quia visus facile refrangitur ab aere grosso propter debilitatem, supposito secundum aliquos, quod visus fit qui refragatur: sicut supradictum est. Sed tamen possumus dicere quod huius ratio est, quia visus debilis non potest operari circa obiectum forte, cuiusmodi est lumen, propter debilitatem, sicut accidit noctuae, quae propter debilitatem visus non potest aspicere lumen solis. Et ideo propter infirmitatem, quae quasi velut oculum intuetur lumen lucerne sub quadam caligine, & videtur ei lumen etiam magis obscurum, quam sit. Assignat autem duas rationes, quare lumen lucerne non facit colorem puniceum in sua Iride, sicut lumen Solis. Prima est, quia visus debilitatus alteratur a lumine lucerne debili existente, & ideo lumen non apparet ita album, sicut apparet in alteratione forti. Secunda autem est, quia speculum, in quo lumen videtur scilicet aer circumstantis, est nigrum propter fumum lucerne, & propter hoc ostendit colorem Solis non puniceum, sed purpureum: qui magis accedit ad nigrum, quam puniceus. Secundum signum est, quia in aqua maris sursum eleuata a remis nautarum, apparent tales colores, propter refractionem luminis ad aere ingrossatum propter frigiditatem, & humiditatem aquae maris, & terminatum etiam, & aliquo modo denigratum ab umbrā, quam faciunt latera naui, & propter hoc tales colores sunt similiores coloribus Iridis lucerne, quam Iridis caelestis: quia talis Iris non habet colorem puniceum, sed purpureum. Refractio autem in tali Iride fit a guttis paruis, & continuis, quae eleuantur a remis. Tertium signum est, quia quando aliquis est in aliquo loco, qui ex vna parte est tenebrosus, & ex alia scilicet ex opposita parte irradiatur a Sole, & rotatur, id est distillat humorem aqueum, siue manu, siue ore, siue alio instrumento, subtili stillatione, tunc apparent similes colores Iridis, propter refractionem luminis ad talem aquam stillantem, & nigrum apparentem propter umbram: hoc autem manifeste videtur in hominibus velociter loquentibus: ab ore

sicut quae circa lucernas. Circa has. n. secundum plurima australibus, existentibus, iris fit hyeme. Maxime autem manifesta fit humidis habentibus oculos: horum. n. visus cito propter debilitatem refrangitur. Fit autem & ab humiditate aeris: & ab euaporatione a flamma defluente & mista: tunc. n. fit speculum: & propter nigredinē. Fumosa. n. euaporatio, illa lucerna autem lumen non album, sed purpureum apparet, circulo & iriale: puniceum autem non est: est enim visus, quia paucus, qui refrangit, & nigrum speculum. Quae autem a remis fursum lata ex mari iris, positione quidem eodem fit modo ei, quae in caelo, colore autem similior ei, quae circa lucernas: non. n. puniceum, sed purpureum habens videtur colorē. Refractio autem a paruissimis quidem continuis autem fit guttis: haec autem aqua segregata sunt penitus. Fit autem & si quis subtiliorationibus roret in aliquem talem locum, qui positione ad Solem versus sit: & hac quidem illustret, hac autem umbrā sit: in tali enim, si quis intus roret statim extra supermutatur radii: & faciunt umbrā apparet iridem. Modus autem, & coloratio similis, & causa eadem ei quae a remis: manu enim, p. remo utitur rotans.

LECTIO VI.

¶ Vniam autem color talis, simul palam erit & de aliorum colorum phantasia ex his. Oportet. n. intelligentes, sicut dictum est, & supponentes, primo quidem quia fulgidum in nigro, aut per nigrum colorem facit puniceum: secundo autem quia visus protensus debiliior fit: & minor: tertio quia nigrum respectu albi velut negatio est.

¶ Olorem autem talem esse, alique etiam colores quales apparent, ex his simul erit perspicuum. Oportet enim quemadmodum dictum est, animo concepisse atque possuisse, primum quidem, id quod splendidum est, in nigro, aut per nigrum, colore puniceo apparere. Dein, aspectum longius extentum languescere, & imminui: tertio, nigrorem, quasi negationem esse: ob aspectus enim

animum eorum, dum loquuntur, saepe egreditur quidam humor aqueus, rotundus, & inflatus, in quo apparent colores Iridis, si homo fuerit versus Solem. Pueri etiam quibusdam instrumentis vitreis ori suo appositis, emittunt tales inflationes rotundas ad modum vesicarum, in quibus apparent colores Iridis. Hoc etiam apparet in aqua, dum percutitur, & in sapone, quando lotrices ipsum manus liquefaciunt, & in multis alijs, a quibus eleuantur huiusmodi inflationes rotundae & in eis apparent colores Iridis. Signum est ergo quod Iris caelestis generetur per refractionem luminis, a nube rotunda: quia etiam praedicta Iris causatur per refractionem ab aqua rotunda. Deinde cum dicit:

LECTIO VI.

¶ Ostendam philosophus ostendit causam, & modum generationis coloris puniceo, consequenter assignat causam, & modum generationis aliorum, & circa hoc duo facit, primo assignat causam colorum principalium: secundo cuiusdam alterius coloris minus principalis: ibi, & xancos autem. Circa primum duo facit, primo praemittit quasdam suppositiones necessarias ad propositum. Secundo, ex talibus suppositionibus concludit propositum: ibi, Qui quidem igitur. Circa primum igitur dicit, quod postquam dictum est de vno colore, simul est ex dicendis manifestum erit de alijs. Sed oportet prius supponere quaedam, & primo, quod sicut dictum est, lucidum, siue fulgidum apparet in nigro per refractionem, siue per nigrum, tanquam per medium, facit apparitionem coloris puniceo, maxime si alteratio fulgidi sit fortis. Secundo supponendum est quod visus de longe videns obiectum, debilius, & minus videt, quam videns de prope. Et huius ratio est, quia omne agens naturale debilius agit in multum distans, quam in propinquum, & ex consequenti visibile debilius alterat visum a remotis, quam de propinquo, conuenienti scilicet propinquitate. Tertia suppositio est, quod nigrum in genere colorum est velut priuatio, respectu albi praesertim: contraria enim reducuntur ad priuatiua, & semper alterum contrarium habet rationem habitus & perfectioris respectu alterius: alterum vero rationem priuationis, & imperfecti respectu primi, sicut declaratur decimo metaphysica. Ex quo sequitur, quod illud quod videt,

LECTIO VI.

¶ Olorem autem talem esse, alique etiam colores quales apparent, ex his simul erit perspicuum. Oportet enim quemadmodum dictum est, animo concepisse atque possuisse, primum quidem, id quod splendidum est, in nigro, aut per nigrum, colore puniceo apparere. Dein, aspectum longius extentum languescere, & imminui: tertio, nigrorem, quasi negationem esse: ob aspectus enim & minus videt, quam videns de prope. Et huius ratio est, quia omne agens naturale debilius agit in multum distans, quam in propinquum, & ex consequenti visibile debilius alterat visum a remotis, quam de propinquo, conuenienti scilicet propinquitate. Tertia suppositio est, quod nigrum in genere colorum est velut priuatio, respectu albi praesertim: contraria enim reducuntur ad priuatiua, & semper alterum contrarium habet rationem habitus & perfectioris respectu alterius: alterum vero rationem priuationis, & imperfecti respectu primi, sicut declaratur decimo metaphysica. Ex quo sequitur, quod illud quod videt, Tho. in Meteo. F 3. visu

visu existente debili, & deficiente, apparet nigrum, quia sicut se habet album ad nigrum, ita se habet visio albi ad visionem nigri, & visus comprehendens vnum ad visum comprehendentem reliquum. Igitur si vnum est velut priuatio, reliquum etiam erit tale. Quarta suppositio, quæ est magis propinqua propofito est, quia omnia quæ videntur a longe, apparet nigriora, quam si viderentur de prope. Cuius causa est secundum mathematicos, quia visus non pertingit ad illa, aut debiliter pertingit. Sed secundum veritatem causæ est, quia visibile a remotis, minus mouet, quam de propinquo, sicut dictum est in secunda suppositio, ex qua quasi correfarie concluditur ista. Dicit tamen Aristoteles quod de his diligentius considerandum est in libris de sensu, & sensato, & in perspectivis, quia illorum est proprium facere considerationem de istis. Propter causam prædictam igitur, ea quæ videntur de longe, apparet nigriora, minora, & planiora. Causa primi dicta est: sed causa secunda est quia, sicut prædictum est, visibile emittit radios ad visum, quasi pyramidaliter, & basi pyramidis est in ipso visibili: conus autem qui est ille angulus acutus pyramidis, terminatur ad visum. Quanto autem magis obiectum distat a visu, tanto magis pyramis prætrahitur, & fit longior, & facit minorem angulum in oculo, & ex consequenti videtur minor. Causa autem tertiæ est, quia visus a remotis non potest percipere modicam supereminetiam, vel concauitatem, propter debilem alterationem, ex quo omnia alia apparent plana figuræ. Et nubes, visæ per refractionem in aqua, tanquam in quodam speculo, nigriores videntur, quam visæ in seipsis. Quod est signum, quia quæ videntur per refractionem videntur nigriora: quia scilicet debilius immutant visum. Adde autem quod nihil differt, quantum ad præsens propofitum, dicitur quod visibile immutat visum in visione, quod verum est, aut dicere quod visus permutat visibile, sicut dicebant mathematici antiqui: quia vtroque modo accidit idem, quod dictum est. Quinta suppositio est, quod nubes, quando fuerit propin-

quior soli, tanto minus est colorata colore Iridis, sed apparet alba: quia tunc magis recipit lumen, sed visa in aqua per refractionem apparet nigrior propter distantiam, & ideo tunc videtur habere aliquem colorem Iridis. Ex quibus omnibus vltimate concluditur, manifestum esse quod alba visa per refractionem, tum propter maiorem distantiam obiecti, tum quia radij refracti sunt debiliores, quam directi, videtur minus alba, & quasi tendit ad nigredinem, quia de bilitatio radij facit apparere minus colorem album. Deinde cum dicitur.

¶ Ex dictis suppositionibus concluditur causam aliorum colorum apparentium in Iride, & dicitur quod ubi est fortior, & in tenfior actio fulgidi in nubé, propter minorem distantiam, ibi permutatur color clarus solis in puniceum: qui est propinquior albo. Fulgidum enim visum in nigro videtur puniceum, sicut dicitur secunda suppositio. Et talis refractione fit in prima periferia Iridis. Sed refractione facta a secunda periferia, adhuc est debilior, propter maiorem distantiam, & ideo in ea apparet color viridis: qui est propinquior nigro, quam puniceus. Et in tertia circumferentia apparet alurgum: quia etiam est propinquior nigro, quam viridis: propter eandem causam. Deinde cum dicitur.

¶ Assignat rationem numeri colorum Iridis, & dicitur, quod numerus colorum Iridis statum habet in tribus, & non procedit vltra, sicut in pluribus aliis naturalibus terminatur. Ceterorum vero mutatio sub sensum non cadit.

¶ Quocirca, & arcus tricolor apparet, uterque sane, sed situ contrario. Ac primus quidem extimum ambitum puniceum habet, quod e maximo ambitu (maximus autem extimus est) aspectus in Solem plurimum incidat: is autem qui sequitur, & tertius, proportionem respondent. Quare si ea, quæ de apparentibus coloribus diximus, probe dicta sunt, & tricolor & his solis coloribus arcus sit, necesse est.

a quibus diuersimode refrangitur lumen. Deinde cum dicitur.

¶ Ostendit ordinem & positionem colorum in Iride. Et dicit, quod quandoque apparet duæ Irides, & vtraque habet prædictos colores, licet e contrario positos: quia interior & cõnata, quæ est principalior, habet in maiori periferia coloré puniceum, in media

in media viridem, in infima alurgum, idest cæruleum. Sed exte-rior, propter maiorem propinquitatem ad Solem, vt dictum est, in minori periferia habet puniceum, in media viridem, & in suprema alurgum. Deinde recapitulat ea, quæ dicta sunt, & dicit quod si, pro quia, ea, quæ prius supposita sunt de apparitione coloris, sunt bene dicta, necesse est in Iride apparere tres colores tantum, & nolum colorari solum tribus coloribus, propter rationes, quæ dictæ sunt. Deinde, cum dicitur.

¶ Determinat de causa apparitionis cuiusdam coloris minus principalis, qui apparet aliquando inter puniceum, & viridem, & est propinquior albo, quam puniceus. Dicitur autem Græce xancos, latine autem citrinus. Dicit ergo quod xancos apparet interdum in Iride, non quidem per refractionem, quia tunc essent plures colores principales, tres, & etiam talis color tunc deberet apparere plus niger, & albus, sed causatur ille color per iuxta positionem puniceus, & viridis, quia puniceus positus iuxta viridè, album videtur. Contraria enim iuxta se inuicem posita videtur maiora, & manifestiora. Hoc autem probat philosophus per quatuor signa. Et primo, quia quando apparet Iris in nube spissa, & valde nigra, tunc colores videntur maxime puri. Et propter hoc xancos apparet interior, quod signum est, quod xancos fit per iuxta positionem puniceus, & viridis. Et tunc etiam xancos magis apparet, quam puniceus ex eo quod nubes in parte exteriori per circuitum nigra, propter iuxta positionem puniceus, & nigri facit apparere puniceum album, & ex consequenti xancos positus inter album, & viridem, magis apparet & puniceus magis occultatur. Secundum signum est, quia marcescente nube, idest euanescente, quia tunc rarefit, & perdit obscuritatem, & nigredinem, tunc puniceus fit albius, & mutatur in xancos, propter iuxta positionem albi & viridis. Tertium & maximum signum est, quia in Iride facta a Luna in nocte, omnes colores apparent albiore, & maxime apparet xancos, quia tunc propter obscuritatem noctis additam nigredini nubes, colores nigri maxime videntur obscuri, & ideo per iuxta positionem nigri maioris, color puniceus, videtur albius, & citrinus, quia nigrum additum nigro, facit album iuxta positum apparere magis album, sicut ignis, vel lumen, additum luminari, facit e contrario nigrum iuxta positum apparere magis nigrum. Quartum signum est, quia textores taxentes flores in pannis sericeis, vel alterius generis, diuersimode ponunt iuxta se colores, secundum quod volunt causare apparentias diuersas in

diuersis floribus, vel figuris, & hoc etiam obseruant pictores: nam aliam apparentiam habet color purpureus positus in lana vel serico albo, quam positus in nigro, & melius apparet aurum positum in azurrino, quam in albo, quod non esset, nisi colores iuxta positi aliis coloribus, magis apparenter & variarent in apparentis. Colores etiam aliter, & aliter positi ad lucernam, idest ad lumen, secundum experientiam variantur, propter diuersam iuxta positionem luminis: propter quod sæpe accidit, quod hominis decipiuntur circa colores, propter diuersam positionem colorum iuxta se inuicem. Deinde epilogat, dicens, quod dictum est propter quid Iris habet tres colores principales: & quartum minus principale, & quare iste, vel quartus apparet inter prædictos colores. Deinde cum dicitur.

¶ Assignat causam quorundam dictorum prius de Iride. Dicitur enim supra, quod Irides sunt duæ tantum, quarum vna est continens, altera contenta. Sed contentinè, idest exterior, habet colores obscuriores, & modo contrario positos. Ratio primi est, quia reflexio Iridis superioris est remotior, tum a sole illuminante, tum etiam ab oculo, sicut dictum est, ideo est debilior, & colores videtur obscuriores. Causa autem secundi, quia quanto magis reflexio est debilis, tanto color est nigrior, & e contrario. Sed maior circumferentia exterioris Iridis est remotior, & ex consequenti, reflexio est debilior, & ideo in ea est color alurgus, quia est magis obscurus. In secunda vero eiusdem Iridis, quæ est minus remotior, est color viridis. In tertia adhuc minus remota, puniceus, sed in interiori maior periferia est propinquior, ideo in ea est color puniceus, in secunda, quæ est minus propinqua, est viridis, in tertia vero adhuc magis remota, est color alurgus. Quæ omnia, satis manifesta sunt absque alia deductione in terminis communibus. Dicit autem, quod vt in pluribus non apparent plures Irides duabus: quia ascendendo, & descendendo a medio nubis, propter nimiam elongationem, semper refractione debilitatur, ita quod vltra tres colores refractione non pertingit ad visum nostrum, quia a remotiori semper fit debilior refractione. Sed ad maiorem euidenciam illorum, quæ Aristoteles dixit de coloribus Iridis, oportet quedam considerare: primo quidem, vtrum colores Iridis sint colores eam rei veritate, aut tantum eam apparentiam. Secundo, in quo sint colores Iridis: sicut in subiecto. Tertio, vtrum id quod continetur inter minorè periferiam Iridis, & maiorè sit coloratum, vel non. Quarto, vtrum mediū, quod interioret duabus Iridibus, sit coloratum colore puniceo.

Flauus autem ideo apparet, quod iuxta se positi colores appareant. Puniceus enim color iuxta viridem albus videtur. Id vero huius rei signum est, quod maxime purus sincerusque arcus in nube nigerrima efficitur. Tum enim contingit coloré puniceum magis flauum videri. Flauus autem, qui in arcu est, color medius est inter puniceum & viridem: ob nubis igitur circūstantis nigrorem, quicquid eius puniceus est, album videtur, quandoquidem puniceus, si ad illa comparatur, albus est, & rursus euanescente proxime terræ arcu, cum puniceus dissoluitur. Nebula enim alba in id, quod viride est incidens, in flauum mutatur. Maximum autem horum indicium arcus est, qui a Luna exoritur, qui prorsus albus apparet: quod euenit, quia & in nube atra & noctu apparet. Ergo ut ignis igni additus, sic quod nigrum est, iuxta nigrum positum, efficit, ut quod remisse album est, qualis est color puniceus, prorsus album appareat. Quin & in floribus affectio hæc perspicue cernitur. Nam in texturis & nauorum colorum operibus, alij iuxta alios positi colores, supra quam dici queat, alij atque alij apparent, ueluti & purpureæ in albis nigrisq; lanis, præterea & in tali, aut tali splendore. Quocirca & qui uariis floribus coloribus intexunt flores, in illis ad lucernam conspiciendis sese frequenter allucinari aiunt, per imprudentiam alios pro aliis accipientis. Cur igitur tricolor arcus sit, his que duntaxat coloribus appareat, dictum est.

Duplex autem apparet, & is qui complectitur, coloribus languidioribus est, & contrario modo dispositis eandem ob causam. Aspectu

e Xancos autem apparet propter secus inuicem apparere, puniceum enim iuxta viride album videtur. Signum autem huius, in nigerrima enim nube maxime pura fit iris: accidit autem tunc magis xancos esse viride, quam puniceum. Est autem xancos in Iride color inter puniceum, & viridem colorem. Propter nigredinem igitur eius, quæ in circuitu nubis, totum ipsius apparet quod puniceum album: est enim ad illa album. Adhuc marcescentem Iride propinquissime, cum solutur puniceum, nubes enim alba existens adiuncta secus viride permutat in xancos. Maximum autem signum horum quæ a Luna Iris: apparet enim alba valde. Fit hoc, quia in nube obscura existente apparet: & in nocte. Sicut igitur ignis supra ignem, nigrum ad nigrum facit debiliter album penitus apparere, album hoc autem quod puniceum. Fit autem hæc passio manifesta & in floribus: in texturis enim, & variaturis valde differunt secundum phantasiam: alij secus alios positi colorum: veluti & purpurei in albis, aut nigris lanis: sunt autem in ipsa tales vel tales: propter quod & variatores aiunt peccare operantes ad lucernam, & sæpe circa flores decipi: accipientes alios pro aliis. Quare quidem igitur tricolor, & quia ex his solū apparet coloribus iris, dictum est.

f Dupla autè & obscurior coloribus, quæ ambiens & positione colores ex opposito habet positos: propter eandem

g Determinat de causa apparitionis cuiusdam coloris minus principalis, qui apparet aliquando inter puniceum, & viridem, & est propinquior albo, quam puniceus. Dicitur autem Græce xancos, latine autem citrinus. Dicit ergo quod xancos apparet interdum in Iride, non quidem per refractionem, quia tunc essent plures colores principales, tres, & etiam talis color tunc deberet apparere plus niger, & albus, sed causatur ille color per iuxta positionem puniceus, & viridis, quia puniceus positus iuxta viridè, album videtur. Contraria enim iuxta se inuicem posita videtur maiora, & manifestiora. Hoc autem probat philosophus per quatuor signa. Et primo, quia quando apparet Iris in nube spissa, & valde nigra, tunc colores videntur maxime puri. Et propter hoc xancos apparet interior, quod signum est, quod xancos fit per iuxta positionem puniceus, & viridis. Et tunc etiam xancos magis apparet, quam puniceus ex eo quod nubes in parte exteriori per circuitum nigra, propter iuxta positionem puniceus, & nigri facit apparere puniceum album, & ex consequenti xancos positus inter album, & viridem, magis apparet & puniceus magis occultatur. Secundum signum est, quia marcescente nube, idest euanescente, quia tunc rarefit, & perdit obscuritatem, & nigredinem, tunc puniceus fit albius, & mutatur in xancos, propter iuxta positionem albi & viridis. Tertium & maximum signum est, quia in Iride facta a Luna in nocte, omnes colores apparent albiore, & maxime apparet xancos, quia tunc propter obscuritatem noctis additam nigredini nubes, colores nigri maxime videntur obscuri, & ideo per iuxta positionem nigri maioris, color puniceus, videtur albius, & citrinus, quia nigrum additum nigro, facit album iuxta positum apparere magis album, sicut ignis, vel lumen, additum luminari, facit e contrario nigrum iuxta positum apparere magis nigrum. Quartum signum est, quia textores taxentes flores in pannis sericeis, vel alterius generis, diuersimode ponunt iuxta se colores, secundum quod volunt causare apparentias diuersas in

Ad rationem in contrarium dicendum est, quod minor est...

Sexto quaeritur: utrum medium duarum Iridum sit puniceum...

LECTIO VII.

Vonia aut neq; circum possibile est fieri iridis, neq; maiorem...

Sciendum est tamen, quod maior nunc assumpta, vera est...

Ad id autem quod in oppositum inducebatur de sensu, dicendum...

Septimo videndum est: utrum possibile sit apparere simul plures...

Dicimus tamen ad quaestionem, quod non est impossibile...

Profecit ut propositum suum, & circa hoc sciendum est, quod...

Igitur rationabiliter in minori periferia tertia deberet apparere...

autem arcus, aut plures non sunt, quoniam & secundum languidior existat...

LECTIO VII.

Quia vero, nec orbem, nec semicirculo maiorem fieri posse...

Hemisphaerio enim quod sit A supra finitorem circum positum...

postum est, ergo non potest ibi fieri iris. Sciendum est autem, quod...

LECTIO VII.

Postquam Philosophus determinavit de causa generationis iridis...

Profecit ut propositum suum, & circa hoc sciendum est, quod...

iris sit ex opposito astri, quia illud agit in partem sibi diametraliter...

si qua a k. linea sine conu excidit res faciat, velut axem in qua h. k. & a. k. ad m. adiungat...

signu. Quia n. qua x. h. signa data sunt, & qua x. m. data utique erit...

LECTIO VII.

Postquam Philosophus determinavit de causa generationis iridis...

a centro c. in conspiciem producta, velut axem, lineam s. c. efficiant...

si qua a k. linea sine conu excidit res faciat, velut axem in qua h. k. & a. k. ad m. adiungat...

signu. Quia n. qua x. h. signa data sunt, & qua x. m. data utique erit...

LECTIO VII.

Postquam Philosophus determinavit de causa generationis iridis...

fractionis Iridis, qua reliqua dimidia pars rotationis occultat sub horizonte...

habebūt, & equalē faciūt angulū, q. k. m. h. & quē facient angulū, quā h. p. & m. p. sup eā q. h. p. semp equalē erit. Trianguli igit sup ea q. h. p. & x. p. equales ei, qui h. m. p. & x. m. p. consistunt: horū aut catheti ad idē signū cadent eius, quā h. p. & æquales erunt; cadēt ad o. centrū. ergo circuli o. semicirculus aut q. circa m. n. abscutus est aut ab horizonte superiorē quidē. n. Solē non obtinere: apud terrā autem firmatorum obtinere, & diffundere aerē, & propter hoc iridem non coniacere circulū. Fit autem & noctē Luna raro, neque n. plena semper debiliorg; natura, vt obtineat aerē. Maxime aut stare iridē. vbi maxime obtinet sol: plurim⁹ n. in ipsa humor immanit. Itē sit orizon quidē, in quo a. g. ascēdit aut sup h. axis aut sit nūc in quo h. p. alia quidem igitur oīa similiter ostendēt, vt & prius. Polus aut circuli in quo p. erit sub orizonte eo. in quo a. g. eleuato signo, in quo h. In eadem aut, & polus, & centrum circuli o. quod terminat nūc ortū; est. n. ille. in quo h. p. Quoniā aut supra diametrū, quā a. g. q. k. h. centrum erit vtique sub orizonte prius eo. in quo a. g. in ea. quē h. p. linea, in quo o. quare minor erit superior decisio semicirculi. in quo f. y. quod. n. f. y. quā semicirculus erat, nunc aut abscisus est ab g. a. orizonte, q. itaq; y. q. disprens erit ipsius. eleuato Sole. Manifestū autem cum in meridie quātum enim superius h. magis inferius polus, & centrum circuli erit.

Postquam determinauit de figura Iridis, hic determinat de quibusdā aliis accidentibus, & dicit, q. colores Iridis apparent fortiores in extremitatibus Iridis circa terrā, q. in medio: eo q. in corpore densiori lumen fortius retinetur: & fortificatur magis: nubes autem est densior in extremitatibus, q. in medio. Secundū accidens est, q. iris raro fit a Luna, qd̄ probat dupliciter. Primo, quia nunq̄ fit a Luna, nisi in plenilunio, pp̄ debilitatem sui luminis in alijs epibus. Secundo, quia Luna pp̄ debilitatē sui luminis non sufficit eleuare tantos vapores, q. super eos possit causari Iris. Tertium accidens, qd̄ accidit pp̄ eandē causam, f. pp̄ eleuationē vaporū est, q. ea parte hemisphæri maxime fit iris, in qua Sol eleuat maiores vapores, quia ex eis generatur nubes, sub qua debet fieri Iris. Quartum vero est, quia in diebus breuioribus post æquinoctium autumnale, quando dies sunt minores noctibus, iris apparere potest omni hora diei, sed post æquinoctium vernale, quando dies sunt maiores noctibus, iris non potest apparere omni hora, quia non apparet circa meridiem his, quibus solstitium multum eleuatur in meridie. Et huius ratio est, quia portiones circuli, quas sol describit in diebus longioribus super orizontem, sunt minores semicirculo, sed portiones, quas describit, quando

ionem habere similiter demonstrabuntur, quod quidem erat impossibile. Si ergo semicirculum a. circa diametrum f. p. circumagis, quæ ab f. c. ductæ ad punctum n. reflectuntur, in omnibus planis eandem habebunt rationem, æqualenque angulum c. n. f. constituent: & quem lineæ c. p. & p. n. super lineâ f. p. faciunt, æqualis angulus semper erit. Triangula igitur super lineâ f. p. & lineâ c. p. æqualia facta sunt, triangulis f. n. p. & c. n. p. Quorum perpendiculares lineæ in idem punctum lineæ c. p. incidēt, æqualesque erunt cadant in o. centrum igitur circuli est o. cuius circuli dimidia pars, ea videlicet, quæ est n. m. ab orizonte ablata est. Rursus sit horizon a. b. g. supra quem punctum f. subuehatur, nuncque axis sit f. p. reliqua sane omnia non secus ac prius ostendentur, circuli autem polus p. sub horizonte a. g. sublato puncto f. erit: in eadem uero lineâ polus sunt, & centrum circuli, & eius qui ortum, nunc terminat: is enim est f. p. Quoniam uero supra diametrum a. g. lineâ f. c. sublata est, circuli centrum o. in lineâ c. p. infra horizontem a. g. priorem erit. Quare portio, quæ supra est, uidelicet n. semicirculo erit minor. Si quidem n. q. m. semicirculus erat, nunc autem ab horizonte a. g. interfectus est. Igitur q. m. Sole sublato, minime apparebit, quoniam & minima apparet, cum in meridie fuerit. Quo enim punctum f. superius est, eo circuli centrum & polus inferius erunt.

Cur autem post æquinoctium autumnale diebus breuioribus quacunque hora fieri arcus possit, longioribus uero diebus ab altero æquinoctio usque ad alterum in meridie non fiat, causa est, quod omnes, quæ ad septentriones pertinent sectiones, semicirculo maiores sunt, & subinde maiores semper fiunt: quod uero non cernitur, exiguum est. Quæ autem ad meridiē ultra æquinoctialem sunt, supra terram quidem exigua sunt, quod uero sub terra est magnum, atque perpetuo, quo remotiores sunt, eo maiores. In diebus igitur ad æstiuum solstitium pertinentibus ea est sectionis magnitudo, ut antequam punctum f. ad medium eius, circulumque meridianum peruenerit, punctum p. omnino deorsum descenderit, quia uidelicet meridiē ob sectionis magnitudinem procul a terra absit. In diebus autem, qui ad solstitium hybernū sunt, quia circulum sectiones non multum supra terram emineant, contrarium fiat necesse est. Paululum enim sublato puncto f. Sol in meridie consistit.

Ex quo corollarie concludi potest, quod defectus integri circuli in Iride, non est ex parte radij luminosi incidentis, sed est ideo, quia nubes, vel ratio in qua fit Iris, occultatur secundum partem sub orizonte.

Ostquam Philosophus determinauit de halo, & Iride: nunc consequenter determinat de virgīs, & pareliis, & circa hoc duo facit. Primo determinat de generatione virgarū, & pareliorum. Secundo de accidentibus circa ea: ibi, { Sunt autē sicut dixim⁹. } Circa primum iterum duo facit. Primo ostendit modū, & causam generationis virgarum: & pareliorū in cōmuni. Secundo, ostendit eam in speciali de utroque eorum: ibi, { Virgæ autem propterea. } Dicit ergo primo, q. existimandum est quod parelij & virgæ fiant propter easdem causas, sicut halo & Iris, quia omnia hæc sunt refractione quædam, licet differant fm̄ diuersam dispositionē & situm caliginis, a qua fit refractione, & a pareliis generat ex refractione visus a nube aliqua ad solē: & virgæ similiter. Et iterū vitur hic Philosophus opinione mathematicorū sui temporis, qui dicebant visum refrangi ab obiecto ad solem: sed tamen secundū veritatem lumen refrangitur ab obiecto ad visum. Deinde cum dicit.

LECTIO VIII.

Adem. n. dictas causas existimandum, & de pareliis, & virgis. Fit enim parelius quidē refracto visu ad solem.

Virgæ autem propterea q. incidit talis existens visus, qualem diximus semp fieri, cū ppe Solē existentibus nubibus ab aliquo refrangatur humidorū ad nubē. Videntur. n. ipse quidem incoloratę nubes sm̄ rectū aspectum intuentibus, in aqua autē virgis plena nubes: veruntamē tunc quidem in aqua videtur color nubis esse, in virgis autē super ipsam nubem.

Fit autē hoc, cum irregularis fuerit cōsistentia nubis, & hac quidē spissior, hac aut rarior, & hac quidē magis aquosa, hac aut minus: refracto. n. visu ad solē, figura quidē non videtur, color aut videtur: quia aut ibi irregularis apparet fulgidus, & albus Sol, ad quem refractus est visus, hic aut viride, aut xancon. Differt. n. nihil p talia videre, aut a talibus refractum: vtroque. n. modo apparet colore simili; quare si & illo modo puniceum, & isto: virgæ quidē igitur fiūt pp̄ irregularitatem speculi: non figura, sed colore.

Parelius autē, cū maxime regularis fuerit aer, & spissus similiter, pp̄ qd̄ apparet albus: regularitas. n. speculi facit vnū emphaseos colorē: refractione autē simul totius visus, pp̄ simul incidere ad caliginem, a spissa existente caligine, & nondum quidem existente aqua, prope aut aquam, pp̄ quod existens

ta facere vnū colorem. Deinde cum dicit. Ostendit modum generationis pareliorum, & dicit, quod parelij fiunt, quando aer, idest nubes subtilis, a qua fit refractione, est maxime regularis, vniformis, spissa, & lumē solis fortiter refrangitur a tali nube: tunc apparet ibi color albus ad similitudinem coloris Solis, quasi alter sol, quia regularitas speculi facit colorem apparentem esse vnū, & regularem, sicut diuersa dispositio partium nubis facit colores esse diuersos. Hoc autem declarat per exemplum: sicut enim lumen quod refrangitur ab ære polito, siue ferro, puta ab armis militum, est coloris clari & albi, & est fulgidum, sic lumen quod refrangitur a nube, vel caligine spissa, & existente propinqua ad hoc, quod conuertatur in aquam,

res virgarū sunt nigri, vel propinquiore nigro, & sunt in eadē superficie cum fulgido nubis, & per consequens apparent remotiores, quā fulgidum nubis. Deinde cum dicit.

Assignat modum generationis uirgarum in speciali & dicit, q. generatio virgarum fit a nube, quando nubes a qua fit refractione est irregularis. f. nō vnus dispositionis per totum, sed in vna parte rarior, in alia densior, & in vna propinquo aqua, in alia remotior. Radij ergo incidentes super partes rariores, transeunt p̄ illas tanquam per ioramina: & colorantur reflexis radiis su per parte aquosa, & rorida, in qua apparet color, sine figura. Et propter irregularitatem illius nubis, ad quam refranguntur radij solares albi, & clari, apparet diuersi colores virgarum. f. puniceus in parte clariori nubis, & magis propinqua ad album, viridis autem in parte magis densa, & per consequens etiam magis nigra: xancos uero apparet, vel p̄ iuxta positionem duorum prædictorum, sicut dictum est supra, vel etiam apparet in parte proportionabiliter densa: licet autē in generatione virgarum lumē aliquo modo transeat per partes nubis, tamen fiunt diuersi colores in virgis, sicut in Iride, in qua lumen immediate refrangitur a nube rorida; quia vt dicit, nihil differt quantum ad generationem colorum diuersorum, videre Solem per nubem transparentē aliquo modo, & videre ipsum immediate refractū a nube. Deinde quasi recapitulando dicit, q. virgæ generantur propter irregularitatem speculi, idest nubis rorida, non secundum figuram, idest, non representando figuram obiecti, sed colorem: quia scilicet nubes non est natura

Tractatus secundi, libri tertij, in quo determinatur in speciali de pareliis, & virgis. Cap. IIII.

Arelū autem & uirgarum eas ipsas, quæ dictæ sunt, causas esse censendum est. Parelium enim oriur, cum aspectus a re aliqua ad Solem reflectiur.

Virgæ uero, propterea quod in nubem aspectus talis incidit, qualem diximus semper esse, quoties nubibus Soli propinquis ab aliquo humido ad nubem refertur. Nubes namque per directum spectantibus, coloris expertes uidentur, in aqua uero uirgarum plena. Quamquam cum in aqua spectantur, color nubis in aqua uidetur esse. In uirgis autem in ipsa nubc.

Id uero contingit, cum nubis concretio inæqualis fuerit, & partim densa, partim rara, & una parte aquosa magis, altera minus. Aspectu enim ad Solem reflexo, Solis quidem figura ob speculorum paruitatem non cernitur: color uero, quia Sol splendidus & candidus, ad quem fit reflexio, in re inæquabili apparet, alius puniceus, alius uiridis, alius flauus uidetur. Nihil enim refert, utrum per talia cernamus, an aspectus a rebus eiusmodi reflectatur, quippe cum utroque modo simili colore appareat. Quare si illo modo puniceus, hoc quoque. Virgæ igitur propter speculi inæquabilitatem non figuræ, sed colore efficiuntur.

Parelium autem, cum aer quāmaxime æqualis, similiterque densus fuerit. Quocirca candidum apparet. Speculi enim æquabilitas, ut unus color appareat, efficit. Aspectus enim uniuersi reflexio, propterea quod a caligine, quæ densa est, & nondum quidem aqua est, sed tamen prope est, ut aqua euadat, in Solem incidat, colorem, qui in Sole inest,

ta facere vnū colorem. Deinde cum dicit. Ostendit modum generationis pareliorum, & dicit, quod parelij fiunt, quando aer, idest nubes subtilis, a qua fit refractione, est maxime regularis, vniformis, spissa, & lumē solis fortiter refrangitur a tali nube: tunc apparet ibi color albus ad similitudinem coloris Solis, quasi alter sol, quia regularitas speculi facit colorem apparentem esse vnū, & regularem, sicut diuersa dispositio partium nubis facit colores esse diuersos. Hoc autem declarat per exemplum: sicut enim lumen quod refrangitur ab ære polito, siue ferro, puta ab armis militum, est coloris clari & albi, & est fulgidum, sic lumen quod refrangitur a nube, vel caligine spissa, & existente propinqua ad hoc, quod conuertatur in aquam,

in aquam, nondum tamen in eam conuersa, quæ dicitur nubes forida, est album, & clarum. Ex isto concludit duo corollaria. Primum, quod paralius est magis signum pluuiæ, quam virgæ, quia generatur per refractionem a nube regulari, & spissâ, quæ est propinqua ad dispositionem aquæ: & ideo citius ex ea generatur aqua. Secundum est, quod paralius Australis, id est qui apparet quando flant venti australes, vel etiã qui apparet ex parte Australi, est magis signum pluuiæ, quam Borealis, quia vêtus Australis propter calidum temperatum eleuat multos vapores, & congregat eos in nubes, & etiã nubes permutat in aquas. Sed Boreas propter frigiditatem, & siccitatem, propellit nubes, & prohibet eleuationem vaporum: sicut superius dictum est. Deinde cum dicitur **A** signat Philosophus causam accidentium circa virgas, & paralios. Et pro primo dicit, quod virgæ, & parali maxime accidunt circa occasum & ortum Solis, cuius ratio est, quia tunc nubes non dispergunt calore Solis ita de facili, cum calor Solis non sit multum vehemens. Secundum accidens est, quod non sunt supra Solem, neque de subter. Et ratio est, quia si fierent supra Solem, non viderentur propter radios directe incidentes sub Sole, & etiam radij solares, non venient ad nos: sed pro reflexione potius reuerterent ad cœlum. Tertium est, quod sunt a latere solis parte Meridiei, vel Boreæ, quia quoniam nubes flant a latere, tunc Sol non dissolvit eas: si sit in debita distantia a Sole, & tunc visus potest ad illam pertingere, propter convenientiam proportionem distantia. Quartum est, quod non sunt multum prope Solem, nec etiã multum longe. Et huius ratio est quia prope Solem Sol dissolvit consistentiam nubis sua caliditate: de longe autem non videretur, quia a paruo speculo sit debilis refractione, ut patet: nubes autem remota a Sole, ubi Sol habet paucam virtutem eleuandi vapores a terra, est parua, &

apud solē, colorē facit appare- re: sicut ab aere polito fractum propter spissitudinem: quare quoniam color Solis albus, propter hoc & paralius albus apparet idē. Propter hoc magis aquę signum paralius: quoniam virgæ: magis. n. accidit aerem bene operosæ hñe ad gnationē aquæ. Australis aut Boreali magis, quia Australis aer magis in aquā permutat. quoniam qui ad arcum.

F iunt autem sicut diximus, circa occasus, & circa ortus: & neque desuper, neque desuptus, sed ex lateribus, & virgæ, & paralii, & neque prope Solem valde, neque longe penitus. Prope. n. existentē, sol dissolvit consistentiam: longe aut existētē, visus non refrangitur: a paruo. n. speculo longe protensus debilis fit: propter quod & halo non fit ex opposito solis. Surfum quidem igitur si fiat, & prope, dissolvit Sol: si aut longe minor visus existens quoniam, ut faciat refractionē, non incidet. In latere autem est tantum distare speculū, ut neque dissolvat Sol, visusque multus simul veniat, quia ad terram latus non dispartitur: sicut pro immensum latus. Sub sole autem non fit: propterea, quis per terram diffusivus utique a sole: surfum autem in medio cœli, visus dispargitur. Et totaliter, neque ex latere medii cœli fit. Visus. n. non ad terram fertur, ut paucum pertingat ad speculū: & refractio fit omnino debilis. Quæcumque igitur opera accidit hñe segregationē in locis his, quoniam sup terrā, fere tot sunt, & talia.

LECTIO IX.

Vacunque autem in ipsa terra inclusa terræ partibus operatur, dicentur. Facit. n. duas differentias corporum: propterea quod duplex natura est: & hoc quæ admodum, & in alto. Duæ quidem. n. exhalationes, hæc quidem vaporosa, hæc aut fumosa, ut diximus, est: duæ autem, & species earum: quæ in terra fiunt: hæc quidem. n. fossibilia, hæc autem metallica.

ex consequenti non videretur in ea refractione. Non sunt etiam, ut in pluribus, Sole existente in Meridie, quia tunc nubes surfum eleuata prope Solem, est multum remota a visu, & propter hoc color nubis non fertur ad eum in superficie terræ, sed movetur per aerem supra terram: & prope Solem: & ibi propter excellentem fulgore dispergitur: & ex hoc non facit virgas: & paralios. Finaliter recapitulat dicta in precedentibus, dicens, quod omnia opera, quæ generantur in locis supra terram, pro motum, & alterationem, & etiam in terra ex segregatione humida, & sicca, fere sunt tot: & talia. Dicit autem, fere, propter quod quædam accidentia, quorum causas non dixit expresse, quæ tamen ex predictis reddi possunt, sicut sunt quædam ignes, qui videntur volitare in superficie terræ, & lapides, & alia quædam cadentia ex nubibus: & coloratio aquæ descendens: puta quædam pluit aqua sanguinea.

F iunt autem, quemadmodum diximus, quod virgæ & paralia in ortu & in occasu, & nec supra Solem, nec infra, sed ex lateribus, nec prope admodum, nec procul omnino. Propinquam enim concretionem Sol dissolvit: si autem procul absit, aspectus non reflectetur. Nam si a paruo speculo procul protenditur, imbecillus redditur. Quamobrem & Coronæ e regione Solis non fiunt. Si igitur supra fuerit, & proxima, eam Sol dissolvit: si vero procul, aspectus minor, quam ut reflecti possit, in Solem non incidet. A latere autem fieri potest, ut speculum ita distet, ut a Sole non solvatur, & aspectus uniuersus ad eum perveniat, propterea quod ad terram dum fertur, quasi per immensum feratur, pervenire non queat. Sub Sole vero non fit, quia, cum ad terram pro prius accesserit, a Sole dissolvatur, cum medium cœli locum tenuerit, aspectus distrahatur. Omnino ne a latere quidem, Sole medium cœli tenente efficitur. Aspectus enim sub terram non fertur. Quare exiguus ad speculum perducitur, & qui reflectitur, propter imbecillum redditur. Tot igitur ac talia ea fere opera sunt, quoniam in locis supra terram positis exhibere secretionē cōtingit.

Tractatus tertij, libri tertij, in quo determinatur in generali de generatione lapidum, & metallorum. Cap. I. & vlt.

His autem dicendum est, quæ intra terram efficit, in ipsius terræ partibus inclusa. Duas enim corporum differentias gignit, propterea quod duplex ibi esse apta sit, quemadmodum & in sublimi. Duæ namque (ut diximus) sunt exhalationes, una vaporosa, altera fumosa: & duæ item & eorum, quæ in terra oriuntur species, alia quidem fossilia, alia metallica.

& generantur ex sicca exhalatione, alia vero dicuntur metallica, quæ magis generantur per coagulationem. Secundo ibi.

LECT. IX.

Quoniam Philosophus in superioribus determinavit de his quæ generantur ex exhalatione humida & sicca, pro motu & alteratione, aut etiam per refractionem luminis supra terram, & etiã de alijs, quæ causantur per motum ab exhalatione sicca in ipsa terra. de agitatione & motu terre, hic determinare intendit breviter de his, quæ generantur in profundo ipsius terræ principaliter per alterationem. Et circa hoc duo facit. Primo, permittit distinctionem eorum, quæ fiunt in ipsa terra, & dicit, quod sicut in alto. supra terram, est duplex exhalatio, una vaporosa. i. humida, ex qua generantur per in grossationem a frigido, alia aut fumosa & sicca, ex qua fiunt ea, quæ generantur per sublimationem, vel inflammationem, ita similiter in partibus terre est duplex exhalatio, ex qua generantur duo genera corporum, quorum quædam dicuntur fossibilia, eo quod fodiuntur in terra, & sunt similia terræ desolata, & generantur ex sicca exhalatione, alia vero dicuntur metallica, quæ magis generantur per coagulationem. Secundo ibi.

A signat causam prædictorum, & primo assignat causam fossilibiliū, & dicit, quod exhalatio sicca a dominio, & in quæ est ignita a calido, est principium omnium fossilibiliū: ita quod exhalatio sit materia, ex qua fiunt, sed calidū ignis, & in quod cōmēturatur frigidum a virtute cœlesti, mediante continuitate, est quodammodo principium actiū: ita quod principium actiū principale, est virtus cœlestis, quæ est virtus mineralis, a qua habet fossibilia quædam, puta lapides preciosi, quandā virtutē cœlestē & occultā: pro quâ occultas operationes vere exercet: principium autem instrumentale est caliditas, quæ humidū defeciat, & generat omnia fossibilia: huiusmodi autem fossibilia sunt quæ lapidū non liquabilia: quod dicit ad dicitur quod quædam fossibilia, quæ sunt liquabilia, ut vernix, oricella, & sulphur: & alia huiusmodi, quæ omnia gnantur a calido exiccante exhalatione, & cōsumente humidū, & aliquid colorante. Et horum fossibiliū quædam sunt sicut pulvis coloratus, sicut illa, quæ gnantur a calido fortiter cōsumente humidū, & aliquid adurere, ut sunt omnia supradicta: alia autem sunt, quasi lapides aggregati per cōdensationem ex pluribus partibus: & gnantur ex eadē exhalatione a calido exhalante humidū superfluū, & fortiter terminante humidū cum sicco. Secundo ibi.

Quæcumque autem metallica, aut fusilia sunt, aut ductilia, ut ferrum, æs, aurum, & vaporosa constant exhalatione.

Ex autem omnia vaporosa exhalatio inclusa, & in lapidibus maxime, cum ob siccitatem in unum comprimuntur, & coagulantur, efficit. Ac quemadmodum ros & pruina fiunt, cum se creta fuerit, ita antequam excrenatur, hæc oriuntur. Quocirca hæc quodammodo quidem sunt aqua, quodammodo non sunt. Materia enim quidem potestate aquea est, nondum vero aqua est, nec ex aqua, quæ aliquo modo affecta sit, constant, veluti sapores. Non enim ita fiunt, hoc quidem æs, illud vero aurum. Sed horum singula exhalatione prius coagulata, quam in aqua uertatur, existunt. Idcirco & omnia igniuntur, & terram continent, siquidem siccam exhalationem. Aurum autem solum non ignitur. Com muniter quidem igitur dictum est de his omnibus: singillatim autem considerandum intendentibus circa unumquodque genus.

Circa hoc duo facit. Primo assignat causam gnationis eorum. Secundo ostendit modum & locum gnationis eorum: ibi. Facit autem. Dicit ergo primo, quod illa quæ metallatur, i. habent formam metalli, generantur materialiter ex vaporosa exhalatione, & a frigido cōmensurato coagulante effectiue instrumentali: principale autem agens est virtus cœlestis mineralis, sicut supra diximus. Et istorum, quædam sunt fossibilia, & quædam ductibilia: fossibilia, seu liquabilia sunt, quæ plus accedunt ad naturam humidam quam siccam, sicut stannum, aut plumbum: sed ductibilia sunt, quæ hñt humidum magis reductum ad medium pro sicco, ut sunt ea, in quibus est bona terminatio sicci & humidum, sicut in auro, & c. aut in quibus est humidum viscosum non bene separabile a sicco, sicut ferrum, quod calefactum istu mallei extenditur: sciendum est autem, quod corpora quæ hic dñr fusibilia, seu liquabilia, non ita sunt fusibilia, quoniam non sunt etiam ductibilia, quævis in hoc loco contra ductibilia distinguantur: sed ideo dñr esse liquabilia, quia melius & facilius liquantur, quæ ducuntur, & ductibilia econverso dñr, quæ facilius ducuntur: quoniam etiã liquari, & fundi possint, ut ferrum & æs. Deinde cum dicitur **A** signat modum, & locum generationis prædictorum & dicit quod huiusmodi generantur ex exhalatione vaporosa inclusa in partibus terre, & precipue in lapidibus: propter siccitatem lapidū bene coarctatam humidū vaporosam exhalationis, & pro fortiore & maiore coagulationem factam a frigido cōmensurato formæ metalli virtute cœlesti, quæ est virtus mineralis, ut supra dictum est, sicut ab eodem frigido generantur supra terram ros, & pruina, quoniam a vaporosa segregata est exhalatio calida & sicca, quæ surfum, movebat. Est tamen dicitur in generatione istorum, quia in generatione roris & pruina, prius segregatur siccitas, antequam materia coaguletur: &

Sicca igitur exhalatio ardore incensa, fossilia omnia efficit, ut lapidum genera non liquabilia, & sandaracæ, & ochram, & rubricam, & sulphur, & alia generis eiusdem. Ac plurima quidem fossilia sunt, alia pulvis colore tinctus, alia lapis et tali ortus concretionem, ut Cinnabaris.

Quæcumque autem metallica, aut fusilia sunt, aut ductilia, ut ferrum, æs, aurum, & vaporosa constant exhalatione.

Ex autem omnia vaporosa exhalatio inclusa, & in lapidibus maxime, cum ob siccitatem in unum comprimuntur, & coagulantur, efficit. Ac quemadmodum ros & pruina fiunt, cum se creta fuerit, ita antequam excrenatur, hæc oriuntur. Quocirca hæc quodammodo quidem sunt aqua, quodammodo non sunt. Materia enim quidem potestate aquea est, nondum vero aqua est, nec ex aqua, quæ aliquo modo affecta sit, constant, veluti sapores. Non enim ita fiunt, hoc quidem æs, illud vero aurum. Sed horum singula exhalatione prius coagulata, quam in aqua uertatur, existunt. Idcirco & omnia igniuntur, & terram continent, siquidem siccam exhalationem. Aurum autem solum non ignitur. Com muniter quidem igitur dictum est de his omnibus: singillatim autem considerandum intendentibus circa unumquodque genus.

Difficili separantur. Vñ ex his patet, quod aurum non solum est in opinione hominum, sed est in natura: rarum est nobilissimum, & purius quæ cætera metalla. Quod est patet ex virtute, quæ habet in operando mirabiles & nobiliores operationes quæ alia. Deinde recapitulando dicit, quod cōmuniter & vñ dictum est de omnibus fossilibilibus, & metallicis, quos generant, & quod sit eorum dicitur, sed si quis velit particulariter de eis intendere & considerare, circa unumquodque eorum, quod sunt principia gnationis, & accidentia & dicitur eorum, hoc facere habebit in eo, quod de metallicis inscribitur & in alijs, circa quod Theophrastus negociatus est in Alexandriæ & Cōmentariis. Considerandum est autem circa principia materialia metallorum, quod sunt in duplici dicitur: quædam enim sunt materia remota talium metallicorum, sicut est vapor inclusus in locis lapidosi terræ, sicut supra declaratum est: alia autem sunt materia propinqua eorum, & hæc sunt sulphur, & argentum vivum, sicut Alchimistæ dicunt: ita quod in prædictis locis lapidosi terræ, per virtutem mineralis primo generatur sulphur, & argentum vivum, deinde ex ipsis generantur diversæ metalla, secundum diversam compositionem eorum. Vnde etiam ipsi Alchimistæ per veram artem alchimicam, sed tamen difficilem, propter occultas operationes virtutis cœlestis, quæ mineralis dicitur, quæ ex eo quod sunt occultæ, diffucilem a nobis imitari possunt per prædicta principia, vel per principia ab ipsis, faciunt aliquando veram generationem metallorum, alia quando quidem ex sulphure & argento, prædictis, sine generatione exhalationis: aliquando autem faciendo exudare prædictam exhalationem vaporosam ab aliquibus corporibus, per applicationem caliditatis proportionatæ, quæ est agens naturale.

ARISTOTELIS METEORORVM LIBER QVARTVS.

Cum D. Thomæ Aquinatis præclarissimis commentariis.

LECTIO PRIMA.

HIS autē manifestum, q̄ a calido, & frigido constant corpora, & hęc autē ingrossantia, & coagu lātia faciunt operationē ipso rum; p̄pterea q̄ quę ab his con dita sunt, in oibus inest caliditas, aliquibus autē & frigiditas qua deficit. Quare: quā hęc qui dem existunt pp facere: humidū autē, & siccum pp pati: parti cipāt ipfis cōia oibus. Ex aqua quidē igitur & terra omiome ra corpora constant, ut in plan tis, & in aīalibus. & quęcunque metallantur, velut aurum, & ar gentū, & quęcunque alia talia ex ipsi, & ex exhalatione ea q̄ vtriusque inclusa, sicut dictum est in aliis. Hęc autē differunt ab inuicem ex his quę ad sensus pp prios oīa; & in posse aliquid face re in sensum sunt, & in aliis magis conuenientibus passionib⁹ quęcunque in patiēdo dñr. Di co autē puta liquabile, & coagu labile, & flexibile, & quęcunq; alia talia: omnia. n. talia passiu a sunt, sicut humidū, & siccū. His autē iam differt os & caro, & neruus, & lignum, & cōrtex, & lapis, & aliorum vnūquodq: omiomerorum. quidē & natu ralium corporū. Dicamus autē primo numerū ipforum quęcū que sūt potentia & impotentia dñr. Sunt autē hęc: coagulabile, & incoagulabile, liquabile & il liquabile, & mollificabile non intingibile. flexibile & inflexibi le, pductibile & non pductibile. cōmunibile & incōmunibile, impresibile non impresibi le, formabile informabile, capi bile non capibile. trahibile, nō trahibile, scissibile non scissibi le, detrunabile non detrunabi le, viscosum fragile. cōmessa bile non cōmessabile, vstile non vstile, exhalabile non exhalabi le. Plurima quidē igit fere cor porū, his differūt passionibus. Quā autē vnumquodque horū potentiam habeat. dicamus.

TRACTATUS tertij, libri quarti, in quo de terminatur de coagulabili & lique factibili in speciali. Cap. I.

HIS autē perspicuum est, a calore, et frigore cor pora constiui, atque hęc craijuum afferendo, & coagulando, sua ipforum opera efficere. Ob id autem. quod ab his efficiantur, calor inest in omnibus, quibusdam vero etiam frigus, quatenus calor deest. Quare cum hęc efficiendi sint gratia, humidum autem, & siccum patiēdi, hęc omnia, ea quę communia sunt, participant, Ex aqua igitur & terra, similium partium constant corpora, cum in plantis, tum in anima libus, atque etiam res metallica, ut aurum, & argentum, & alia eius generis, tum ex eis, tum vero ex vtrius que aspiratione interclusa, ut alibi est dictum. Hęc autem omnia inter se differunt, tum proprijs qualitibus sensibilibus, agendique aliquid facilitate, album enim, & odorum, & sonorum, & dulce, & calidum, & frigidum sunt, quod sensum afficiant, tum alijs magis proprijs affectionibus, quę ex passione dicuntur. Dico autem exempli gratia, quod liquabile est, concretile, flexile, & alia huius generis omnia. Eiusmodi enim cuncta patibilia sunt, veluti humidum, & siccum. His igitur differunt os, & caro, & neruus, & lignum, & cortex, & lapis, & aliorum corporum singula, quę similium quidem sunt partium, sed naturalia. Primum autem ea enumeremus, quę ex potentia, & impotentia dicuntur, quę quidem sunt concretile, inconcretile, liquabile inliquabile, emollibile inemollibile, humectile non humectile, flexile inflexile, rupile non ruptile, fragile non fragile, impressile non impressile, formabile non formabile, compressile non compressile, tractile non tractile, ductile non ductile, fissile non fissile, diuiduum indiuiduū, lentum friabile, subactile insubactile, vstile non vstile, suffitu aptum, suffitu ineptū. Corporum igitur pluri ma his inter se affectionibus differunt. Quam uero facultatem quodque eorum habeat, dicamus.

& mouere sensus, vnde dicuntur qualitates sensibiles. Album enim, odor, son⁹, dulce, & calidum, & frigidum naturaliter habent facere sensationem, & agere in sensum. Alia autē duo & consequentia magis consistunt in pati, vt liquabile, coagulabile, flexibile, & alia quibus differūt multa corpora naturalia, sicut os, caro, neruus, & cetera. Et de his nunc est agendū, quia alia dicitur qualitates actiue in alijs declarate sunt. Quę autē & quot sint istę, de quibus est agendum, est clarum in litera. Secundo ibi.

LECTIO XI.

ETERMINAT de mollificabili magis in speciali, & ponit sex conditiones quas habere debet coagulatum ad hoc, q̄ mollificetur. & Prima est, q̄ tale coagulatum non sit aqua, vel aqueum a predominio, sed si est i eo excessus vni⁹ super alterum, sit magis terreum, & propter defectum huius glacies non est mollificabilis. Secunda conditio est, q̄ totum humidum non sit euaporatum per coagulationem, quia mollificabile debet esse tam aqueum q̄ terreum, vel non multum pl⁹ terreum: & propter hoc nitrum, & sal, nō sunt mollificabiles: sed statim soluntur. Tertia conditio est, q̄ non habeant sicū inæqualiter dispositum, ne pori sint strictiores q̄ humidum aqueū, qd̄ est quasi materia mollificatio nis, diffundi possit: & propter hoc lateres, & lapides non mollificantur. Quarta vero est, q̄ nō sint trahibilia in longum vel ad latus, vt corrigia, & neruus. & ratio est, quia talia sunt viscosa, quę non cedūt tactui in profun dum sui: sed extra se trahuntur in longū. Mollificabile autem debet cedere tactui in se, sicut manifestum fuit superius in diffinitione mollis. Quinta est, q̄ non sint humectabilia humido. f. alieno, & extrinseco, vt lana: sed mollificabile debet hēe humi

LECTIO XI.

OLLIFICABILIA autē sunt, coagulatorū quęcun que nō ex aqua, velut glacies aquę, sed quęcunq; terrę magis, & neq; euaporauit totum humidū, sicut in nitro, aut sale, neq; habet irregulariter, sicut later, sed aut trahibilia non entia humectabilia, aut ductibilia non entia aquę, & mollificabilia igne, velut ferrum, & cornu, & ligna.

TRACTATUS tertij, libri quarti, in quo de terminatur de mollificabili intingibili, & flexibili. Cap. I.

MOLLITI autem possunt in rebus concretis, non quę sunt ex aqua, ut glacies, (omnis enim glacies aquea est) sed quę potius sunt terrea, quibus totus humor non est exiccatus, ut in nitro, & sale, quę ne inæqualiter non habent, ut fictile, sed sunt tractilia, non humectilia, aut ductilia, non aquea, & igne emollibilia, ut ferrum, & cornu, & ligna.

du: proprium est. n. hu midū q̄ vbiq; flux, & ita mollificet. Sexta conditio est, q̄ non sint ductibilia, & ratio est, quia talia habent plus aquę q̄ terrę, sicut metalla. Si autē sint aliqua quę eum magno labore li quentur, & ducatur, & tamen non habeat multum plus aquę q̄ terrę, immo forte mī nus, sicut ferrum, talia mollificantur: sicut autē mollificatio tāquam a causa efficien te, vt in pluribus ab igne, sicut ligna, & cornu mollificant ab igne. Deinde cū dicitur q̄ Prosequitur de intingibili & non intingibili. Ad cui⁹ eū denitiam sciendū est, q̄ intingibile hic dī, quod est susceptiuū humidū extrinseci p̄ poros amplos, & du ros. Ratione primi, ea quę sunt aquea nō madefiunt, neque intinguntur, quia aquea non habent poros, sicut glacies. Metalla autem non intinguntur, quia licet sint porosa, non tamen habent poros amplos: sed strictos: ita q̄ humidum non potest ingredi & madefacere. Ratione terti, multa quę liquantur ab aqua non sunt intingibilia, sicut nitrum, & sal, quia licet talia habeant poros amplos, non tamen pori sunt duri, sed molles, & passibiles, ita q̄ humidum ingrediens non madefacit, sed corrumpit illud, in quod intrat. Quę autem habēt poros amplos, & du ros, sicut lana, p̄anus, & metalla, intinguntur, quia humidum ingrediens per poros amplos, madefacit

antiquatis, in quibus se parato paulatim humido aere ipsa remanent sicca contra hentia rugas. Vapor autem est segregatio facta virtute calidi vitiui, & ideo vapor humectat vaporabile propter humiditatem, segregatam foris, & colorat ipsum ratione calidi vitiui. Et est principium spiritus, id est venti si sit vapor siue segregatio sicca p̄dominio, sed exhalatio non madefacit neque colorat sensibiliter propter paucitatem & debilitatem sui neque; etiā est principium venti. Differt autem talis segregatio in diuersis quia in lignis, & his similibus, sicut sunt pili & cornua & alia, quae sunt similiter spissa, & sumabilia, vocatur fumus, quia non est impossibile nomen talibus diuersis segregatiōibus, sicut dicebat Empedocles, licet secundum rem alius sit fumus lignorum & cornuum. In pinguis autem vocatur i græco lignis. In vntuosis autem dicitur Karufa. Et ex hoc oleum est exhalabile, quia est vntuosum, non tamen est vaporabile, quia eius humiditas non permittit, & ideo elixari non potest, quis elixata euaporat. Aqua autem est vaporabilis a calido propter humiditatem non tamen est exhalabilis quia caret siccitate, quae est materia exhalationis sicca & calida. Simile est etiam de vino dulci quod est pingue & grossū, quod patitur exhalationem sicut oleum. Nam sicut oleum non coagulatur a calido neque a frigido ingrossatur, tamen ab utroque sic & istud vinum. Et si figantur, calami parui in ipso inflammantur. Et si sublimetur, & permisceatur cum puluere sulphuris & sale, praestat fomentum flammæ subtili, quia a sulphure augetur in eo vntuositas, a sale augetur siccitas. Et ideo est vinum solo nomine, quia vini operationem non ha-

bit in aerem & spiritum segregatio ex humido madefactiuo. Exhalabilia autem tempore in acre segregantur: & haec quidem disparentia sicca, haec autem terra. Differt autem haec segregatio: quia neque madefacit neque spiritus fit. Est autem spiritus fluxus continuus aeris ad longitudinem. Exhalatio autem quae a calido vntuio communis segregatio sicca, & humidi aeris. Propter quod quidem non madefacit, sed colorat magis. Est autem quae quidem lignei corporis exhalatio fumus, dico. n. & ossa & pilos & omne quod tale in eodem, non enim iacet non men commune, sed secundum analogiam, tamen in eodem omnia sunt, sicut & Empedocles ait. Haec, pili, & folia, & auium plume, spissae, & squamae sunt super solida membra, quae autem pinguis exhalatio linguis: quae autem vntuosi Kinfa. Propter quod oleū non patitur pepsum neque ingrossatur: quia exhalabile est, sed non vaporabile, aqua autem non est exhalabilis, sed vaporabilis. Vinum autem quod quidem dulce exhalat, pingue enim etenim eadem facit oleo, neque enim a frigore coagulatur, vriturque. Est autem vinū nomine, opere autem non est: non enim vinosus humor propter quod non inebriat. Quod cumque autem vinum paruam habet exhalationem, propter quod emittit flammam.

Vstibilia autem videntur esse quaecumque in cinerem dissoluntur corporū. Patiuntur autem haec omnia: quaecumque coagulata sunt aut a calido, aut ab ambobus frigido & calido. haec enim videntur obteta ab igne, minime autem lapidum sigillū vocatus carbunculus. Vstibiliū haec quidem inflammabilia sunt, haec autem non inflammabilia, horum autem quaedam carbonabilia. Sunt autem inflammabilia quaecumque non humidientia exhalabilia sunt. Et pix autem, aut oleum aut cera magis cum aliis, quam per se sunt inflammabilia, maxime autem quaecumque fumum emittunt. Carbonabilia autem quaecumque talium, terrae plus habent, quam fumi. Adhuc autem

comburendi, ex humore in aerem spiritum existit, quae potest madefacere. Quae autem suffitum possunt reddere, ea in aerem tempore excernuntur, & alia quidem euanescentia sicca sunt, alia terra. Diuersa vero secretio haec est, quod nec madefaciat, nec in spiritum mutetur. Spiritus autem est continuus aeris in longitudinem effluxus. At suffitum siccitatis simul & humoris communis est excretio, quae ab eo fit calore, qui incendendi vim habet. Quare non madefacit, sed colore potius inficit. Est autem lignosi corporis suffitum fumus, ad quod etiam genus ossa, pilos, & eiusmodi omnia refero. Non enim positum est commune nomen, sed tamen ex proportione eodem omnia continentur, ut etiam ait Empedocles.

Sunt eadem, frondesque, pili, densaque uolucrum. Pennae, tum squammæ queis fortia membra teguntur. Pinguis autem rei suffitum, fuligo est vntuosa, nidor. Ideo oleum non elixatur, neque crassescit, quod suffitum possit reddere, non vaporem. Aqua vero vaporem reddere apta est, non suffitum. Vinum autem dulce, quod pingue sit, suffitum mittit, & idem, quod oleum, facit. Nam & frigore non coagulatur, & comburitur. Est uero vinum nomine duntaxat, re ipsa non est. Non enim uinosus est sapor, ideo ebrietatem non affert, id quod vinum quodcumque solet. Exiguum autem habet balium, quamobrem flammam mittit.

Cremari autem posse corpora omnia videntur, quae in cinerem soluntur: quae affectio omnibus inest, quae aut a calore, aut ab utroque, calido & frigido coagulantur. Haec enim ab igne euinci conspiciuntur. At gemma ea, quae carbunculus uocatur, minime lapidū omnium id patitur. Eorum autem quae comburi apta sunt, alia possunt flammescere, alia non possunt: eorumque nonnulla idonea sunt, quae carbonibus uertantur. Flammescere igitur possunt, quae flammam possunt efficere, quae autem non possunt, non flammescunt. Ac flammescere quidem ea possunt, quae cum non sint humida, suffitum reddere apta sunt. Pix uero, aut oleū, aut cera, magis cum aliis, quam per se edere, flammam possunt: maxime autem quae fumum mittunt. Ex eiusmodi autem rebus, ea in carbonibus uertuntur, quae plus terrae habent quam fumi. Aliqua et sunt, quae cum possint liquari, mittere

bet quae est inebriare, eo quod non potest euaporare. Non est autem intelligendum quod tepus sit illud quod per se facit siue segregatio exhalationem, quia tepus nullius actionis potest esse per se causa, sed solum est per se mensura aliquarum actionum. Segregatur autem talis exhalatio vel a caliditate intrinseca, vel a caliditate solis, siue continentis, non cito & in magna multitudine sicut vapor, sed paulatim & quasi insensibiliter. Et ideo dicitur fieri a tempore, quia non fit nisi in multo & longo tempore. Deinde cum dicitur.

Ostendit quae sunt inflammabilia, & quae non: sed quia inflammabilia sunt quae pars vstibilium ut melius cognoscatur quae sunt inflammabilia, iterum repetit sub breuitate quae sunt vstibilia, & dicit quod talia videntur esse quaecumque possunt resolui in cinerem: huiusmodi autem sunt quae fuerunt coagulata a solo calido, vel ab utroque, scilicet a calido & frigido, in quibus abundat siccitas propter caliditatem quae in coagulatione euaporare fecit humiditatem. Non autem sunt inflammabiles lapides, & maxime lapis carbunculus quod vocatur sigillum lapidum, licet videatur ardere propter fulgorem suae lucis, quia in ipso est fortiter commistum humidum cum sicco, ita quod non potest resolui in cinerem. Sed vstibilium, quaedam sunt inflammabilia & quaedam non: omnia enim corpora communia terrae & aquae quae non habent multam humiditatem aequam, sed aeream, & sunt exhalabilia inflammantur. Nam talia exhalabilia exhalat fumum, qui accensus dicitur flamma. Istorum autem quaedam faciunt per se flammam, sicut ligna quae habent siccitatem sufficientem & exhalat fumum. Aliqua uero per se quidem quae non faciunt flammam, sed apposta sicca faciunt sicut oleū, Pix & humi iusmodi, & ratio huius est, quia talia vntuosa licet habeant humiditatem aeream multam quae est bene inflammabilis: de ficiunt tamen in sicco. Econuerso autem sunt aliqua quae abundant in sicco sed deficiunt in humido vntuoso, & ideo apposta eis vntuoso faciunt flammam meliorem. Sunt etiam quaedam quae sunt liquabilia & non inflammabilia, sicut metalla, quaedam sunt econuerso inflammabilia & non liquabilia, sicut ligna, aliqua autem imitari vtrūque, sicut Thus. Causa autem quare ligna sunt inflammabilia est, quia habent humidum aereum bene diffusum & continuum in toto ligno, hoc autem humidum est materia igitis. Non sunt autem liquabilia, tum quia coagulata sunt ab utroque tum quia liquabiliū materia est humidum aereum non aereum quod praedominatur in lignis. Metalla autem non inflammantur: quia habent humidum aequum multum quod repugnat igni, & aereum paucum quod est materia igitis. Et propter eandem rationem sunt liquabilia. Thus autem paritur vtrunque; nam ratione humiditatis aerei inflammatur, ratione uero humiditatis aequi quod in ipso est commistum cum aereo, liquatur. Vniuersaliter igitur quae sunt sicca siue terrea siue etiam humida humiditate aerea sunt bene inflammabilia, & propter hoc flammam non est aliud quod spiritus siue fumus ardens, fumus enim est segregatio aerea, & ideo est materia flammæ. Eorum autem quae sunt vstibilia & non sunt inflammabilia quaedam sunt carbonabilia, & talia sunt quaecumque habent plus terrae quam aeris, siue fumi qui est exhalatio aerea, sicut ligna viridia & ossa. Nam talia ra-

quaedam liquabilia entia, non inflammabilia sunt: velut es, & inflammabilia non liquabilia: velut lignum: haec autem ambo velut thus. Causa autem quia ligna quidem per totum habent humidum: & per totum continuum est ut peruratur. Aes autem secus vnamquamque quidem partem: non continuum autem, & minus quod ut flammam facit. Thus autem haec quidem sic: haec autem illo modo habet. Inflammabilia autem sunt exhalabilia quaecumque; non liquabilia sunt, propter magis esse terrae. Siccum enim habent eodem igni, hoc igitur siccum si fiat calidum ignis fit, propter hoc quod flamma spiritus aut fumus ardens est. Lignorum quidem igitur exhalatio fumus. Cere autem & thuris & taliū & picis & quaecumque; habent picem aut talia lignis olei autem & quaecumque; olea ginea Kinfa: & quaecumque; minime ardent sola, quia paucū sicci habent: transitio autem per hoc, cum altero autem citissime, hoc enim est quod pingue siccum vntuosum. Exhalantia quidem igitur humidorum humidi magis, ut oleū & pix: ardentia autem sicca.

LECTIO XIII.

Is autem passionibus, & his differentiis omni omera corporū: sicut dictum est, differunt ab inuicem secundum tactum, & adhuc saporibus & odoribus, & coloribus. Dico autem omi omera velut quae metallantur, es, aurum, argentum, stannum: ferrum, lapidem: & alia talia, & quaecumque ex his sunt segregata, & quae in animalibus: & plantis: velut carnes: ossa: neruus, pellis viscera pili venae ex quibus iam constant anomiomera, puta facies manus, pes, & alia talia, & in plantis, lignū, cortex, folium, radix & quaecumque; talia. Quoniam autem haec quidem ab alia causa existunt, ex quibus autem haec quidem ab alia causa existunt, ex quibus autem haec, materia quidem sicca & humidum, quare aqua & terra: haec enim euidentissimam habent potentiam, & vtrunque vtriusque. Facientia autem calidum & frigidum haec enim consistere faciunt & coagulant ex illis, accipiamus omi omerorum qualia terrae spēs, & qualia aq̄, & qualia communes.

tamen flammam non possunt, ut es: & alia, quae ad flammam reddendam aptae sunt, nec possunt liquari, ut lignum: nonnullae utrunque obtinent, ut thus. Causa autem est, quod ligna confertum habent humorem, & per totum continuum. Quare comburuntur, et aes in singulis quidem partibus sed non continuum, & minus, quam ut flammam possit efficere. Thus partim hoc modo, partim illo affectum est. Ex suffitum autem aptis, flammam mittere ea possunt, quae, quod terrea magis sint, liquabilia non sunt. Siccitatem enim, quae igni communis est, habet. Hoc igitur quod siccum est, si calidum fiat, ignis efficitur. Idcirco flamma spiritus est, aut fumus incensus. Lignorum uaque suffitum, fumus est: cere autem & thuris, & picis, & aliorum eiusmodi, & quae picem habent, atque eius generis, fuligo. Olei uero & oleosorum omnium, nidor. Quae etiam minime sola comburuntur, propterea, quod modicum habeant siccitatis, per quam est transitus, alteri autem adiuncta celerrime. Hoc enim est pingue uidelicet siccum vntuosum. Ea ergo e liquidis ad humorem magis attinent, quae suffitum reddunt: ad siccitatem autem, quae comburuntur.

Tractatus quarti: in quo declaratur per quid potest cognosci in vniuersali cuius naturae sit aliquod mistum. Cap. I.

Iscem autem affectionibus & differentiis similitum partium corpora inter se tactu differunt, praeterea odoribus saporibus, & coloribus, Dico autem similitum partium corpora: ut res metallicas, aurum, aes, argentum, stannum, ferrum, lapidem, & alia eiusmodi, et quae secretionem ex hisce sunt. Item, quae in animalibus & plantis, ut carnes, ossa, neruos, cutem, uiscus, fibras, pilos, uenas: e quibus ea, quae dissimilium partium sunt, constant, ut facies, manus, pes, & alia eiusmodi: & in plantis, lignum, cortex, folium, radix, & quae eius generis sunt. Cum autem haec ab alia causa constituantur, eorum uero, e quibus haec sunt, materia quidem sicca sit & humidum, ob eamque causam aqua & terra (utrunque enim eorum, utriusque facultatem habet euidentissimam) quae autem efficiunt, calor & frigus (haec enim ex illis illa constituunt, concreatque efficiunt) quae similitum partium genera ad terram pertineant, quae ad aquam, & quae utriusque communia sunt, sumamus. Sunt igitur

tionem sicci terrestris sunt passibilia ab igne, propter defectū uero humiditatis aerei, non inflammantur.

LECT. XIII.

ostquam philosophus determinauit de qualitatibus actiuis & passiuis secundum se tam in generali quam in speciali de singulis speciebus eorum: nunc determinat de eis per comparationem ad corpora, & circa hoc duo facit: primo determinat de qualitatibus passiuis, secundo, de qualitatibus actiuis ibi. Qualia autem calida. Circa primum duo facit primo praemittit quaedam necessaria ad positum, secundo, determinat de qualitatibus passiuis per comparationem ad corpora ibi. Humidorum igitur quaecumque. Quantum ad primum igitur primum quod reassumit ex superioribus est, quod corpora sunt in duplici differentia, quaedam enim sunt omi omera siue homogenea, & talia sunt in quibus partes sunt eiusdem rationis & nominis cum toto sicut aqua, terra lignum, lapis, & in animalibus caro, sanguis, & huiusmodi. Alia autem sunt anomiomera siue eterogenea, quae sunt diuersarum rationum in toto & in partibus sicut Animal homo, facies, manus, & similia, partes enim hominis aut manus, non sunt homo aut manus. Et omnia talia differunt ab inuicem qualitatibus passiuis, & maxime tangibilibus, differunt etiam odoribus saporibus, & coloribus, & similibus quibus istis qualitatibus magis differant corpora omi omera, quae anomiomera. Secundum, quod reassumit est quod causa talium corporum instrumentalis est duplex. Causa enim instrumentalis ex parte materiae est humidum, & siccum, & ex con-

Sequenti, causa materialis istorum est aqua & terra, quia aqua est primo humida, & terra est primo sicca. Causa vero ex parte agentis sunt calidum & frigidum: quia talia faciunt constare & coagulant talia corpora & ex consequenti sunt actiua. Et ideo considerandum est qualia sunt corpora omniomera. Species terrae & aquae & communes vique inquantum substantant talibus qualitatibus. Tertium vero est quod corporum constantium alia sunt humida: alia sunt dura: alia mollia. Sed de duro & molli, superius satis dictum est quomodo. scilicet coagulantur: nunc autem restat dicendum de reliquis. Deinde cum dicitur.

Sunt itaque corporum conditorum, haec quidem humida, haec autem mollia, haec autem dura. Horum autem quaecunque dura aut mollia coagulatione, dictum est prius.

Humidorum igitur quaecunque euaporant aquae, quaecunque autem, non aut terrae, aut communia terrae & aquae, velut lac, aut terrae & aeris: velut lignum, aut aquae & aeris, velut oleum. Et quaecunque quidem a calido coagulantur communia. Dubitabit itaque aliquis de vino humidorum: hoc enim & euaporabit vti que & ingrossatur sicut nouum. Causa autem, quia neque in vna specie dicitur vinum, & quia aliud aliter, nouum enim magis terrae quam antiquum. Propter quod & ingrossatur maxime calido & coagulatur minus a frigido, habet enim & calidum multum & terrae, sicut quod in Arcadia si excidatur a fumo in vtribus vt educum coaguletur. Si autem omnem fecem habet, sic virtus quae est aut terrae aut aquae, aut huiusmodi habet multitudinem. Quaecunque autem a frigido ingrossantur, terrae. Quaecunque autem ab ambobus communia plurimum, velut oleum & mel & dulce vinum. Constituorum autem quaecunque coagulata sunt a frigido aquae, velut glacies nix grandio pruina. Quaecunque autem a calido terrae, velut later caseus nitrum, sales. Quaecunque autem ab ambobus, talia autem sunt, quaecunque infrigidatione: haec autem sunt, quaecunque amborum priuatione & calidi & humidi simul egredientis cum calido. Sales quidem enim humidi solius priuatione coagulantur, & quaecunque sincera terrae, glacies autem calidi solius, haec autem amborum. Propter quod & ambobus habebat ambo. Quorum quidem quidem igitur totum exudauit velut later, aut electrum. Etenim vt electrum, & quaecunque dicitur velut myrrha, tus, gummi, & electrum, aut videtur huius generis, & coagulatur, intercepta enim in ipso animalia videntur. Afluuium autem calidum exiens, velut cocti mellis cum in aquam dimiseris, euaporat humidum haec omnia terrae.

Et corporibus, quae effecta sunt, alia liquida, alia mollia, alia dura. Ex his autem, quae concretionem dura sunt & mollia, dictum est antea.

Liquida igitur, quae in vaporem abeunt, ad aquam: quae non abeunt aut ad terram, aut communiter ad terram & aquam pertinent, ut lac, aut ad terram & aerem, ut mel, aut ad aquam & aerem, ut oleum. Et communia quidem etiam sunt, quae calore concresecunt. In rebus autem liquidis de vino quissiam dubitavit. Hoc enim in vaporem abiit, atque etiam crassefecit, ut nouum. Causa autem est, quod non una specie vinum dicitur, aliudque aliter affectum sit. Namque nouum magis quam uetus, terreum est. Quocirca & calore maxime crassefecit. Item frigore minus coagulatur, cum calidi plurimum ac terrae contineat, ut in Arcadia fumo in vtribus adeo exiccatur, ut ita crasum potetur. Quod si fecem omne habeat, ita est aut terreum aut aqueum pro eius multitudine quam continet. Quae autem frigore crassefecerunt, ad terram pertinent. At quae utroque, plurimum communia, ut oleum & mel, & vinum dulce. Eorum autem quae concreuerunt, illa ad aquam pertinent, quae frigore sunt coagulata, ut glacies, nix, grandio, pruina: ad terram autem quae calore, ut fitile caseus, nitrum, sal. Quae autem utroque (quo in genere ea sunt, quae refrigeratione, haec autem sunt, quae utriusque, id est, caloris & humoris cum calore exeuntis, priuatione coguntur. Sal enim, & quae terra syn cera constant, humoris solius priuatione coagulantur, glacies solius caloris) haec utriusque. Quocirca & ab utroque, & utriusque habent. Quorum igitur uniuersus humor exhaustus est, quale fitile est & succinum (succinum enim, & quaecunque quasi lacrimae dicuntur, refrigeratione constant, ut myrrha thus, gummi, succinumque & huius generis esse videtur, & cogitur quippe cum inclusa in eo animalia conspiciantur, ut autem fluminis calor exiens, perinde ut mellis, quod decoquitur, cum in aquam positum fuerit, humorem educit) ea ad terram omnia pertinent. Et alia quidem nec liquari, nec emolliiri possunt, ut succinum, aut lapides nonnulli, ut toffi in speluncis. Etenim hi similes illis gignuntur, nec ut ab igne, sed frigoris vi ca-

humidi derelicti cum sicco terrestri. Ingrossata vero a frigido, sunt terrae & electrum. Nam in talibus est parua humiditas compressa cum multo sicco terrestri. Quae autem ingrossantur ab utroque, aut sunt communia terrae & aquae, aut terrae & aeris, sicut apparet de oleo, mel, & dulci vino. Sed dubitatio oritur de vino. Nam ex ea parte qua euaporat videtur aquaeum a praedominio, ex ea vero parte qua ingrossatur a calido, videtur terreum a praedominio. Sed dicendum, quod de vino tripliciter loquimur. Nam quoddam vinum est grossum terreum: ratione cuius ingrossatur & etiam coagulatur a calido. Vnde si ponatur ad furnum vel solem, humido resolutum desiccatur ad modum salis. Est etiam calidum ratione cuius a frigido coagulari non potest, & tale est vinum quod nascitur in Corinthio, & apud Arcadas, & terreum a praedominio. Quoddam vero est vinum album & debile, & istud est aquae magis. Vina vero noua ante purificationem quae facilius feces, sunt communia terrae & aquae secundum magis & minus sicut multa. Coagulata vero aut coagulantur a frigido & sunt aquae a praedominio sicut Nix, glacies & grandio, coagulata vero a calido sunt terrae sicut later, caseus, & similia, coagulata autem ab ambobus, sunt communia terrae & aquae, quia coagulata a frigido coagulantur per solam priuationem calidi, & talia sunt aqua calido coagulantur per priuationem humidi & sunt terrae: ab ambobus autem coagulata, coagulantur per priuationem vtriusque, & ideo sunt communia terrae & aquae. Sed coagulata ab utroque differunt inter se, quia quaedam sunt in quibus totum humidum exhalauit relicto solo humido continuante, sicut in lapidibus.

lapidibus. Et ista sunt magis terrae, & mollicari non possunt, sicut lapides, & electrum. Nam & electrum videtur esse huius generis coagulationem ab utroque: sed lacrymae, & similia, sicut myrrha, thus, gumma, & pori, qui sunt quasi lapides generis ex humiditate montium distillant in speluncis coagulantur magis per infrigidationem. Quaedam autem sunt a quibus non totum humidum exhalauit, sed aliquid remansit quod siccum, fluere facit, & talia non sunt totaliter terrae, & mollicari possunt, sicut ferrum, & cornu: liquabilia vero aut liquantur ab igne, id est a calido, & talia aut sunt aquae a praedominio, sicut glacies, aut sunt communia terrae & aquae, sicut cera. liquata autem ab aqua sunt terrae, sicut sal: liquata ab utroque sunt, aut terra, aut communia sicut sulphur. Epilogat autem quae dicta sunt de humidis, & coagulatis, &c. dicentes quod hoc modo. scilicet cognoscemus quod istorum sint terrae, & quae sint aquae. Deinde quasi corollarie concludit ex dictis, quod aurum & argentum, & talia metalla, quam

Et haec quidem illiquabilia, & immollificabilia, velut electrum, & vt lapides quidam, velut pori, qui in speluncis etenim hi similiter fiunt his, & non velut ab igne, sed vt a frigido exeunte calido coegreditur humidum ab ipso exeunte calido, in aliis autem ab extrinseco igne. Quaecunque autem non tota terra sunt quidem magis, mollicabilia aut velut ferrum, & cornua. Thus autem & talia similiter lignis vaporant. Quae igitur liquabilia ponendum est, & quaecunque liquefunt ab igne, haec sunt aquosiora, quaedam autem, & coia, velut cera: quaecunque autem ab aqua haec terrae, quaecunque autem ab altero haec aut terrae, aut amborum. Si igitur oia quaedam aut humida, aut coagulata, horum autem haec in dictis passio nibus, & non est intermedium, oes vti que erunt dictae, quibus discernimus vtrum terrae, aut aquae, aut plurimum coe, & vtrum ab igne constat, aut frigido, aut ambobus. Aurum itaque quidem & argentum, & aes, & stannum, & plumbum, & vitrum, & lapides multi innominati, aqua. oia. n. haec liquefunt calido. Adhuc vina quaedam, & vrina, & acetum, & lixiuum, & serum, & sanies, aquae sunt, cum omnia frigore coagulantur. Ferrum autem, & cornu, & unguis, & os, & neruus, & lignum, & pili, & frondes, & cortex magis sunt terra: ad haec, succinum, & myrrha, thus, & quaecunque lacrymae dicuntur, & toffi, & fructus, ut legumina, & frumentum. Eorum enim, quae eiusmodi sunt, alia magis, alia minus quidem quam illa, sed tamen terrea sunt. Alia namque molliiri possunt, alia suffum reddere, & refrigeratione genitura sunt. Praeterea nitrum, sal, lapidum genera, quae nec refrigeratione coguntur, nec liquabilia sunt. Sanguis autem, & genitura, terrae, & aquae, & aeris communia sunt: & is quidem sanguis, qui fibras habet, magis terreus est, quo fit, ut refrigeratione concresecat, & humore liqueatur: qui autem fibras non habet, aqueus. idcirco non concresecit. Genitura refrigeratione coagulatur, humore cum calore exeunte.

LECTIO XV.

LECTIO XV.

De quali- catibus actiuis per comparationem similiter ad corpora, ostendens quae sint calida, & quae frigida a praedominio, & dicit, quod oia quae sunt aquae a praedominio sunt vniuersaliter frigida, nisi recipiant caliditatem

Valia autem calida, aut frigida coagulatorum, aut frigidorum humidorum: ex dictis oportet confiderare. Quaecunque quidem igitur aquae, vt ad multum frigida, si non alienam habeant caliditatem: velut lixiuum, vrina, vinum. Quaecunque autem terrae, vt ad multum calida pp calidi operatio-

Vae autem ex concretis, uel liquidis, calida sint, aut frigida, ex his, quae dicta sunt dispiciendum est. Quae igitur aquae sunt, magna ex parte frigida sunt, nisi alienum habuerint calorem, ut lixiuum, vrina, vinum. Quae autem terrea, ut plurimum calida, propter caloris efficientiam, ut calx, & cinis. Sumendum autem est, ma-

multa alia quae cito liquefunt ab igne, sunt aquae a praedominio, sicut vrina, vinum, &c. similia: ferrum autem, & cornu, & talia quae aut non liquefunt per ignem, aut non cito liquefunt sunt terrea magis. Adhuc legumina, lacrymae, electrum, myrrha, & oia huiusmodi quae mollicantur per aquam sunt terrea. sed inter ipsa aliqua sunt magis terrea aliqua minus, & quae sunt magis terrea, sunt exhalabilia, quae autem minus: sunt mollicabilia. Et vniuersaliter sunt terrea omnia, quae non coagulantur a frigido. Sanguis vero, & ea quae liquefunt humido: & coagulantur frigido, vt semen animalis, sunt communia terrae, & aquae, sed aliqua ipso sunt magis terrea aliqua magis aquae. quae enim habent vias, id est poros, intra se sunt magis terrea: sed tamen habent multum de aqua: & ideo coagulantur, sicut ingrossantur a frigido, sicut sanguis. Quae autem non habent vias sunt magis aquae, sicut semen. Quod tamen non coagulat a frigido propter viscositatem continentem humidum, ne exeat, Secundo ibi.

Tractatus quarti, in quo Aristoteles docet cognoscere quae mista sunt calida, & quae frigida. Cap. I I.

aliunde, sicut vrina, quae recipit caliditatem a digerente caliditate: lixiuum, quod recipit caliditatem a cineribus calidis, per quos colatur. Et vinum ab aere calido circumstante. Terrea autem vniuersaliter sunt calidiora, sicut calx, & cinis. Non est autem intelligendum, quod terrea sint calida ab intrinseco & secundum naturam suam,

nam, quia ratione... aquae oia mista sunt frigida, quia materia mistorum sunt humidum, & siccum, sicut supradictum est, humidum autem attribuitur aquae, quae est frigida, & humida: siccum vero terrae, quae est frigida, & siccum. Et ita semper materia mistorum est frigida, sive sit terra, sive aqua. Sed terra dicitur calidior aqua: tum, quia frigidum conuenit aquae per se primo, terrae autem per participationem, tum, quia utrunque ipsorum recipit aliam caliditatem: sed aqua, non ita cito transmutatur ab igne sicut terra, quia terra conuenit cum igne in siccitate: aqua vero in nullo, & quia aqua est rarior terra: ideo calorem non recipit in cumulo, nec receptum sic fortiter tenet, ut terra. Et propter hoc vniuersaliter oia aquae, & humida sunt minus calida quam sicca & terrea: licet autem terra, & aqua, sicut dictum est, ex natura sua sint frigida, tamen in oibus tam terreis a praedominio quam aqueis est recepta aliqua caliditas extrinseca. In cuius signum in talibus generantur animalia ex putrefactione, quorum generatio non potest esse, nisi in tali materia esset recepta aliqua caliditas particularis coagens, & simul disponens materiam ad influxum celestem, qui est vniuersale generans talia animalia. Quaedam autem terrea, vel aquae sunt sine putrefactione, ut metalla, & ideo in his non generantur animalia. Quae autem sunt communia terrea, & aquae sunt calida, quia talia coagulantur a calido separante humidum, terminando humidum cum reliquo sicco. Et ideo talia quando retineant mistam naturam a generantibus data sunt calida. Corrupta vero, & perdenia naturam sunt frigida magis praesertim cum perditur natura nobilior, & acquirunt formam

nem, ut calx, & cinis. Oportet autem accipere sine materiam quaedam frigidissima esse, quoniam n. siccum & humidum materia. haec n. passiva, horum autem corpora maxime terra, & aqua sunt: haec n. frigiditate determinata sunt, palam est, quod oia corpora quaecumque utriusque simpliciter elementi frigida magis sunt. si non habeant alienam caliditatem, vel feruens aqua, aut quae per cinerem colatur, etenim haec habet eam, quae ex cinere caliditatem. In oibus n. ignitis est caliditas aut amplior, aut minor. Propter quod & in putrefactis factis, a talia innascuntur. Inest n. caliditas, quae corrumpit propria vniuersi cuiusque caliditate. Quae uero autem oia hinc caliditate: constant n. plurima a caliditate quae digessit: quaedam n. putrefactiones sunt velut syn tegmata. Quare humida quidem sine natura calida, & sanguis, & genitura, & medulla, & lac, & oia talia: Corrupta autem, & egressa a natura non adhuc relinquitur n. materia terra existens, aut aqua. Propter quod ambo videntur quibusdam. & hi qui dem frigida: hi autem calida: haec autem esse videntes cum quidem in natura fuerint calida, cum autem separata fuerint coagulata. Habet quidem igitur sic totaliter, ut determinatum est. In quibus quidem materia aquae sine plurimum frigida: opponitur n. haec maxime igni, in quibus autem terrae, aut aeris calidiora. Accidit autem aliquid quando haec fieri frigidissima, & calidissima aliena caliditate. Quaecumque n. maxime coagulata sunt, & solidiora sunt, haec frigida maxime si priuenter caliditate, & ardent maxime si igniantur, velut aqua, fumo, & lapis aqua vrit magis.

LECTIO XVI.



Vniuersam autem de his determinatum est, sine vniuersum quodque dicamus quod caro aut os, aut aliorum omniomerorum. Habemus n. ex quibus quae omiomerorum natura constituit genera ipsorum, cuius generis vniuersum quodque per generationem. Ex elementis quidem enim omiomerum, ex his autem, ut materia oia opera naturae. Sunt autem oia, ut quidem ex materia ex dictis, ut autem sine substantiam, ratione

teriam, frigus quoddam esse. Nam cum siccitas, & humor materia sint (siquidem patiendi vim habent) horum autem corpora maxime terra est, & aqua, quae frigore definita sunt, constat corpora omnia, quae ad utriusque simpliciter pertinent elementum, magis frigida esse, nisi alienum habuerint calorem, ut feruens aqua, & ea quae per cinerem colatur. Namque haec ex cinere calorem retinet, cum in omnibus combustis aut plus, aut minus insit calor. Ideo & in rebus putridis animalia innascuntur, quod calor insit, qui proprium cuiusque perdit calorem. Quae autem communia sunt, calorem obtinet. Plurima enim vi caloris, qui concoxit, concreta sunt. Nonnulla vero putredo sunt, ut colliuationes. Quare, cum naturaliter afficiuntur, calida sunt, sanguis, & genitura, & medulla, & coagulum, & eiusmodi omnia. Cum autem intereunt, & a natura recedunt, non item. Remanet enim materia, quae terra est, aut aqua. Quocirca utrumque nonnullus videtur. Et alia quidem frigida, alia calida, haec esse aiunt, quippe qui videant, cum in natura sua ea manent, calida esse, cum autem fuerint separata, coagulari. Quod quidem quanquam ita habet, atamen (ut definitum est) quorum materia ad aquam pertinet, ea fere frigida sunt: haec enim igni maxime opponitur: quorum autem ad terram, aut aerem, ea calidiora. Fit autem interdum, ut eadem frigidissima sint, & alieno calore calidissima. Nam quae ualde sunt concreta, & solidissima, si calore priuenter, frigidissima sunt, & ualde comburunt si incendantur, ut aqua magis quam fumus comburit, & lapis magis quam aqua.

Tractatus quartus, in quo ponitur contentio huius libri ad alios naturales libros eum sequentes. Cap. III.



Vniuersam autem haec sunt constituta, quid sit caro, aut os, aut alia, quae similia sunt partium, singillatim dicamus. Ea enim, e quibus illorum, quae similia partium sunt, constat natura, generata item ipsorum, & ad quod, unumquodque genus referatur, ex generatione habemus. Namque & ex elementis, quae similia partium corpora sunt, constant, & ex his, tanquam ex materia vniuersa opera natura

ma ignobilior, sicut in mortuis hominibus apparet, & non solum perdenia naturam, sed etiam separata a proprio loco naturali sunt frigidiora, sicut semen sanguis, et lac, quando sunt extra propria loca. Et ratione huius reddit, quia talia per corruptionem reuertuntur in naturam elementis praedominantis, scilicet aquae, vel terrae, quae sicut dictum est, sunt frigida. Non autem determinat de ignis vel aeris ostendendo utrum sint calida, vel frigida, tum primo, quia fere in omnibus mistis praedominatur aqua, vel terra, secundum existentiam, vel quantitatem: licet in aliquibus praedominetur ignis, aut aer secundo, quia manifestum est, quod talia in quibus praedominatur ignis, vel aer sunt calida, cum haec duo elementa respectu aliorum sint actiua, calidum vero, est maxime actiuum propter quod, etiam ignis sunt magis calida quam aerea.

LEECI. XVI.



terminat de Omniomeris, id est homo est generis corporibus ostendit quomodo differant per passiones determinatas, & magis continuando ea, quae determinata sunt ad libros sequentes. Primo igitur, praemittit duo: quorum primum est, quod determinando de omniomeris; de facili cognoscemus reliqua: quia omnia constant ex omniomeris tanquam ex partibus. Ipsa autem homiomerum possunt cognoscere ex dictis, quia de terminatum a quibus generantur tanquam ab agente, quia. ca. lido, & frigidum, & ex quibus fiant tanquam ex materia, quia ex humido, & sicco, & ex consequenti ex aqua, & terra, quae sunt materia omnium mistorum. Secundum est, quod forma omniomerorum

merorum substantiales sunt nobis ignota: & ex consequenti talia corpora non sunt nobis cognita, nisi per accidentia praedeterminata, quia cognitionis quiddam principium est forma substantialis. Quod autem tales formae sint nobis ignotae manifestat, quia formae quanto sunt posteriores in vi generationis, tanto magis sunt nota, sicut anima quae est vltima in via generationis & est principium diuersarum operationum, est nota valde, & ideo discernimus inter animalia viua, & mortua. Sed forma carnis non est sic nobis nota, & ideo non ita bene discernimus inter carnem viuam, & mortuam. Adhuc etiam forma ignis, & aeris sunt nobis minus nota, quod autem ita sit, dupliciter probatur. Primo, quia materia, quae de se est pura potentia, non est cognoscibilis, nisi per analogiam ad formam. Forma vero, quae est actus, & perfectio, est cognoscibilis per se: formae igitur intermediae quae sunt remotiores a materia, & propinquiores vltimae formae, tanto magis sunt nota. Sed formae omiomerorum sunt propinqua materiae, & elementis, igitur sunt minus nota. Secundo, omne corpus quod generatur ex materia habet aliquam formam, per quam determinatur ad speciem: & talis forma cognoscitur per propriam operationem, quia vnumquodque tunc vere dicimus esse tale, quando potest facere proprium opus illius, sicut vere dicimus, esse oculum cum videt. Eum autem, qui non videt, sicut oculus lapideus, aut mortuus, non vocamus oculum, nisi equivoce, & metaphorice, ut serra lapidea, vel lignea, quae non potest secare, est serra equivoce. Operationes autem animalium sunt nobis magis nota quam operationes

Sunt autem oia, ut quidem ex materia ex dictis: ut autem sine substantiam, ratione. Semp autem magis palam est in posterioribus, & totaliter quaecumque velut organa, & gratia huius. Magis n. palam, quod qui mortuus homo equivoce. Sic igitur & manus mortui equivoce, quemadmodum & si fistulae lapidae dicantur, velut n. & haec organa quaedam videntur esse minus, aut in carne, & ossa talia manifesta sunt. Adhuc autem in igne, & aqua minus, quod n. cuius gratia, minime hoc palam vbi plurimum materiae, sicut n. & si extrema accipiatur, materia quidem nihil aliud praeter ipsam. Substantia autem nihil aliud quam ratio: intermedia autem proportio naler, eo quod prope sit vniuersum quodque. Quae & horum quodcumque est gratia huius, & non oibus modis habet aqua, aut ignis, sicut neque caro, neque viscera. his autem adhuc magis facies, & manus. oia autem terminata sunt opere. Quae quidem n. postulat facere ipsorum opus vere sunt vniuersum quodque, puta oculus si videt, qui autem non potest videre equivoce, puta mortuus, aut lapideus: neque n. serra, quae lignea, nisi ut imago. Sic igitur & caro: sed opus ipsius minus palam quod ignea, similiter autem ignis: sed adhuc forte minus manifestum naturaliter quam carnis opus: similiter autem, & quae in plantis, & inanimata, velut aes, & argentum: oia n. potentia quadam sunt, aut faciendi, aut patiendi, sicut caro, & neruus, sed rationes ipsorum non certae. Quare quae existunt, & quae non, non facile perspicere nisi valde deperditum fuerit, & figurae solae sunt relictae, velut antiquorum mortuorum corpora subito cinis sunt in sepulchris, & fructus solae figurae, sine sensu autem non videntur inueterari valde, & ex lacte coagulata. Tales igitur partes caliditate, & frigiditate, & motibus ab his contingit fieri coagulatas calido, & frigidum. Dico autem quaecumque omiomerum, velut carnem, os, pilos, neruos, & quaecumque talia. Omnia n. differunt prius dictis differentiis, tensione, tractatione, comminutione, duritie, mollitie, & aliis talibus: haec autem a calido, & frigidum a motibus sunt mistis. Constituta autem ex his quae a omiomerum nullo adhuc utique vide-

tura. Ac ex his quidem, quae dicta sunt, ut materia, constant omnia, sed ut per essentiam, ratione. Hoc autem in posterioribus, & omnino in his, quae sunt, ut instrumenta, & gratia alicuius, magis constat. Perspicuum enim magis est, hominem mortuum solo nomine hominem esse. Ita igitur emortui manus solo nomine dicitur, quemadmodum lapidea tibia dicerentur, cum & haec instrumenta esse cuius videantur. In carne autem, & osse haec minus aperta sunt. Minus etiam in igne, aqua, & terra. In quo enim materiae inest plurimum, in eo id, cuius gratia, minime apparet. Quemadmodum enim si extrema sumantur, materia nihil est aliud quam ipsa, & essentia nil aliud quam ratio, quae autem sunt intermedia, proportionem respondent, ut quodque proxime accedit, quandoquidem haec quoque omnia alicuius sint gratia, nec quouis modo se habens aqua est, aut ignis, ut nec caro, aut viscus, adhuc autem magis facies, & manus. Verum omnia numerum sunt definita. Quae enim suum ipsorum minus possunt obire, vere sunt talia, ut oculus si videat: quod autem non potest solo nomine, ut mortuus, aut lapideus. Nec enim serra est, quae lignea est, nisi ut imago. Ita igitur & caro. Sed eius munus, minus quam lingua, notum est. Similiter & ignis: sed minus etiam forsitan eius officium notum est naturaliter, quam carnis. Non secus se habent, quae in plantis sunt, & res inanimatae, ut aes, & argentum. Omnia enim facultate quadam constant, aut agendi, aut patiendi, ut caro, & neruus. sed eorum rationes certae non sunt. Ex quo fit, ut cum insint, & cum non insint, non facile sit perspicere, nisi extenuata admodum fuerint, solaque manserit figura, qualia sunt vetusta cadauera, quae in capsulis in cinerem repente conuertuntur. Item qui fructus admodum inueterati, figura dumtaxat, non item sensu deprehenduntur. Praeterea quae ex lacte concreta sunt. Eiusmodi igitur partes calore, & frigore, eorumque motionibus possunt effici. cum calore, & frigore cogantur. Dico autem ea, quae sibi similes habent partes, ut carnem, ossa, pilos, neruos, & quae sunt eiusmodi. Omnia enim hisce differunt, quae antea dictae sunt, differeunt, tensione, tractu, contractione, duritie, mollitie, atque alijs similibus. Haec enim a calore, & frigore, mistisque motionibus sunt. At

carnis, vel ignis. Et operationes plantarum sunt magis cognita quam operationes inanimatorum, ut metallorum, & aliorum omiomerorum, quia omnia habent aliquam formam & virtutem, sed non cognoscimus recte rationem, & formam ipsorum, quia operatio earum est nobis incognita. Ex hoc sequitur, quod omnis nostra cognitio quam habemus de formis substantia libus est per operationem, sive per alia accidentia, & figuras, & ideo discernimus inter hominem mortuum, & viuum: non autem discernimus ita bene inter carnem viuam, & mortuam, quia operatio eius non est cognita, & figura videtur esse eadem. Cuius autem operatio est incognita, illud non cognoscitur, nisi per figuram, sicut antiquorum mortuorum corpora, quae sunt redacta in cinerem, non cognoscimus, nisi per aliquam figuram. Concludit igitur, quod omniomera, id est corpora, quae habent partes eius rationis cum toto: sicut caro, neruus, pili, sunt tanquam ab agente, sicut licet instrumentali: a caliditate, & frigiditate per motum factum ab ipsis: tanquam ex materia sunt ex humido & sicco, & differunt inter se per determinatas passiones, scilicet duritie, mollitie, tractatione, comminutione, &c. & ex hoc oportet ea cognoscere, quale sit vnum quodque ex talibus praedominatis, postquam forma substantialis est nobis incognita. Sed corpora dissimilium partium, ut facies, manus, non differunt per tales qualitates nisi ratione eorum ex quibus componuntur, sicut facies, vel archa non est causa calidum, vel frigidum, nisi in quantum sunt causa agentis, vel ligni ex quibus talia componuntur, sed differunt formis

METEORORVM LIBER QVARTVS.

Formis naturalibus existunt in eis, sicut artificialia differunt formis artis: licet materia eorum, ut metalla differant passionibus istis. Deinde epilogar dicēs, quod isto modo cognoscimus quid sint omiomerā, quia tunc cognoscim⁹ aliquid cōgnoscimus causam naturalem eius, vel formalem, & melius cū cognoscimus vtrā-

scimus vnumquodque pp quid, & quid est, si naturam, aut rationem habemus, maxime autem cum ambo generationis, & corruptionis, & vnde principium motus. Manifestatis autem his, similiter omiomerā considerandum, & tamen ex his constituta, velut hominem, & plantam, & alia talia.

ficut visus non decipitur quod sit talis color, neque auditus decipitur de sono. Sed circa sensibilia per accidens, vel communia, decipiuntur sensus, sicut decipitur visus, si velit iudicare homo per ipsum, quid est coloratum: aut vbi sit. Et similiter decipitur quis, si velit iudicare per auditum, quod est, quod sonat. Hæc igitur sunt propria sensibilia vniuscuiusque sensus. Secundo ibi, c Exponit secundum membrum diuisionis dicens, quod communia sensibilia sunt ista quinque: motus, quies, numerus, figura, & magnitudo. Hæc enim nullius sensus vnius sunt propria, sed sunt communia omnibus. Quod non est sic intelligendum, quasi omnia ista sint omnibus communia, sed quædam horum, scilicet numerus, motus, & quies, sunt communia omnibus sensibus. Tactus vero, & visus percipiunt omnia quinque, sicut patet manifestum est quod sunt sensibilia per se. Tertio ibi, d Exponit tertium membrum diuisionis, & dicit quod secundum accidens sensibile dicitur, vt si dicamus quod Diarius, vel Socrates est sensibile per accidens, quia accidit ei esse album. Hoc enim sentitur per accidens, quod accidit ei, quod sentitur per se, accidit autem albo, quod est sensibile per se, quod fit Diarius, vnde Diarius est sensibile per accidens. Vnde nihil patitur sensus ab hoc, in quantum huiusmodi. Quamuis autem sensibilia communia, & sensibilia propria sint per se sensibilia, tamē propria sensibilia sunt proprie per se sensibilia, quia substantia vniuscuiusque sensus, & eius distinctio est in hoc, quod est aptum naturæ pati a tali sensibili. Ratio autem vniuscuiusque potētia consistit in habitudine ad proprium obiectum. Dubitatur autem hic de distinctione sensibilibus communium, & sensibilibus per accidens. Sicut enim sensibilia per accidens non apprehendunt, nisi in quantum sunt sensibilia propria. Quod enim visus apprehendit magnitudinem, aut figuram, nisi in quantum apprehendit coloratum: vnde ergo quod sensibilia cōia sint et sensibilia per accidens. Dicunt igitur quidam quod huiusmodi cōia sensibilia non sunt sensibilia per accidens, propter duas rationes. Primo quidem quia huiusmodi sensibilia communia sunt propria sensui cōi, sicut sensibilia propria sunt propria singulis sensibus. Secundo, quia sensibilia propria non sunt esse sine sensibilibus communibus, possunt autem esse sine sensibilibus per accidens. Vtraque autem responsio incompetens est: Prima quidem, quia falsum est, quod ista sensibilia communia

quod potentia dicitur, sed parium, quia si dicamus puerum posse ducem esse, partim vt eum qui per ætate idoneus sit, sic se habet sensitiuum. Sed quia nomine caret eorum differentia, explicatumque est ea esse diuersa, & quoniam pacto diuersa, necesse est nominibus his, pati scilicet & alterari, vti tamquam proprijs: sensitiuum autem potentia est tale, quale iam sensibile actu, quemadmodum dictum est. patitur igitur cum non est simile, vbi autem passum fuerit, simile factum est, & tale est quale illud.

LECTIO XIII.



gitur in vnoquoque sensu primum de sensibilibus dicitur est. Sensitiuum tribus modis dicitur, quorum duo quidem per se, vnum vero per accidens sentiri dicimus, duorum autem illorum, vnum est proprium cuiusque sensus, alterum commune omnium.

Id autem intelligo proprium, quod non potest alio sensu sentiri, & in quo non potest fieri error, vt visus coloris, & auditus soni, & gustus saporis, tactus autem plures habet differentias, sed vnusquisque iudicat de eis, neque decipitur quod color sit, vel quod sonus, sed quid sit id quod coloratum est, aut vbi, aut quid sit id quod sonat, aut vbi, hæc igitur dicuntur propria cuiusque.

Communia autem, motus, quies, numerus, figura, magnitudo: hæc enim nullius sunt propria, sed omnium communia, etenim & tactu motus quidam sensibilis est, & visu. Atque hæc quidem per se sensibilia sunt.

Per accidens autem sensibile dicitur, verbi causa si album sit Diari filius, per accidens enim hoc sentimus,

lia cōia, apprehenduntur, nisi apprehendantur sensibilia propria. Quod enim visus apprehendit magnitudinem, aut figuram, nisi in quantum apprehendit coloratum: vnde ergo quod sensibilia cōia sint et sensibilia per accidens. Dicunt igitur quidam quod huiusmodi cōia sensibilia non sunt sensibilia per accidens, propter duas rationes. Primo quidem quia huiusmodi sensibilia communia sunt propria sensui cōi, sicut sensibilia propria sunt propria singulis sensibus. Secundo, quia sensibilia propria non sunt esse sine sensibilibus communibus, possunt autem esse sine sensibilibus per accidens. Vtraque autem responsio incompetens est: Prima quidem, quia falsum est, quod ista sensibilia communia

munia sint propria obiecta sensus communis. Sensus enim communis est quædam potentia, ad quam terminatur immutationes omnium sensuum, vt infra patet. Vnde impossibile est quod sensus communis habeat aliquid proprium obiectum, quod non sit obiectum sensus proprii. Sed circa immutationes ipsas sensuum propriorum a suis obiectis, habet sensus communis aliquas operationes proprias, quas sensus proprii habere non possunt, sicut quod percipit ipsas immutationes sensuum, & discernit inter sensibilia diuersorum sensuum. Sensus enim communi percipimus nos videre, & discernimus inter sensibilia diuersorum sensuum, scilicet album & dulce. Præterea. Dato quod sensibilia communia essent propria obiecta sensus communis, non excluderetur quin essent per accidens sensibilia, respectu sensuum propriorum. Sic enim agitur de sensibilibus, secundum quod habet habitudinem ad sensus proprios, nam potentia sensus communis, nodum est declarata. Quod autem est obiectum proprium alicuius interioris potētis, contingit esse per accidens sensibile, vt postea dicitur. Nec est mirum, quia hoc quod est per se sensibile vni sensuum exteriorum, est per accidens sensibile respectu alterius, sicut dulce est per accidens visibile. Secunda etiam ratio non est competens. Non enim refert ad id, quod esse sensibile per accidens, vtrum id quod est subiectum sensibilibus qualitatis, sit per se subiectum eius, vel non per se. Nullus enim diceret ignem, qui est proprium subiectum caloris esse per se sensibile tactu. Et ideo aliter dicendum, quod sentire consistit in quodam pati & alterari, vt supra dictum est. Quicquid igitur facit differentiam in ipsa passione, vel alteratione sensus, habet per se habitudinem ad sensum, & dicitur sensibile per se. Quod autem nullam facit differentiam circa immutationem sensus, dicitur sensibile per accidens. Vnde & in littera dicit Philosophus, quod a sensibili per accidens, nihil patitur sensus, secundum quod huiusmodi. Differentiam autem circa immutationem sensus, potest aliquid facere dupliciter. Vno modo quantum ad ipsam speciem agentem, & sic faciunt differentiam circa immutationem sensus, sensibilia per se, secundum quod hoc est color, illud autem est sonus, hoc autem est album, illud vero nigrum. Ipsæ enim species actiuorum in sensu actu, sunt sensibilia propria ad quæ habet naturalem aptitudinem potētia sentitiua, & propter hoc secundum aliquam differentiam horum sensibilibus diuersificatur sensus. Quædam vero alia faciunt differentiam in transmutatione sensuum, non quantum ad speciem agentis, sed quantum ad modum actionis. Qualitates enim sensibiles mouent sensum corporaliter, & situ aliter. Vnde aliter mouent secundum quod sunt in maiori vel minori corpore, & secundum quod sunt in diuerso situ, scilicet vel propinquo, vel remoto, vel eodem, vel diuerso. Et hoc modo faciunt circa immutationem sensuum differentiam sensibilia communia. Manifestum est enim quod secundum omnia hæc quinque diuersificatur magnitudo, vel situs. Et quia non habent habitudinem ad sensum, vt species actiuorum, ideo secundum ea non diuersificantur potētia sentitiua, sed remanent communia pluribus sensibus. Viso igitur quomodo dicitur per se sensibilia, & communia, & proprie, restat videndum, qua ratione dicatur aliquid sensibile per accidens. Sciendum est igitur, quod ad hoc quod aliquid sit sensibile per accidens, primo requiritur quod accidat ei, quod per se est sensibile, sicut accidit albo, esse hominem, & accidit ei esse dulce. Secundo requiritur, quod sit apprehensum a sentiente: si enim accideret sensibili, quod lateret sentientem, non diceretur per accidens sentiri. Oportet igitur quod per se cognoscatur ab aliqua alia potentia cognoscitiua sentientis. Et hoc quidem vel est alius sensus, vel est intellectus, vel vis cogitativa, aut vis æstimatoria. Dico autem quod est alius sensus, sicut si dicamus, quod dulce est visibile per accidens, in quantum dulce accidit albo, quod apprehenditur visu, & ipsum dulce per se cognoscitur ab alio sensu, scilicet a gustu. Sed vt proprie lo-

et enim hic sentitur, quoniam album esse, huic accidit, quod sentitur, vnde de sensu nihil patitur a sensibili, quatenus tale est sensibile autem secundum se ea proprie propria sensibilia sunt, & ad quod substantia vniuscuiusque sensus est naturaliter accommodata.

LECTIO XIII.



Vius quidem est visus, hoc est visibile. Visibile autem est color quidem, & id, quod oratione quidem dicere possumus, innominatum autem est. Manifestum autem erit, quod dicimus vbi longius erimus progressi. b Visibile enim est color, hic autem est, de quo visibile per se dicitur, secundum se autem, non ratione, sed quoniam in seipso habet causam essendi visibile,

Lib. 3.

ca. 134.

ca. 37.

quamur, hoc non est vniuersaliter sensibile per accidens, sed per accidens visibile, sensibile autem per se. Quod ergo sensu proprio non cognoscitur, si sit aliquid vniuersale, apprehenditur intellectu, non tamen omne quod intellectu apprehendi potest in re sensibili, potest dici sensibile per accidens, sed statim quod ad occursum rei sensatæ apprehenditur intellectu. Sicut statim quod video aliquem loquentem, vel mouere seipsum, apprehendo per intellectum, vitam eius, vnde possum dicere quod video eum viuere. Si vero apprehendatur in singulari, vt puta cum video coloratum, percipio hunc hominem vel hoc animal, huiusmodi quidem apprehensio in homine fit per vim cogitativam, quæ dicitur etiam ratio particularis, quod est collatiua intentionum individualium, sicut ratio vniuersalis est collatiua rationum vniuersalium. Nihilominus tamen, hæc vis est in parte sentitiua, quia vis sentitiua in sui supremo, participat aliquid de intellectu in homine, in quo sensus intellectui coniungitur. In animali vero irrationali fit apprehensio intentionis individualis per æstimatoriam naturalem, secundum quod ouis per auditum vel visum cognoscit filium, vel aliquid huiusmodi. Differenter tamen circa hoc se habet cogitativa, & æstimatoria. Nam cogitativa apprehendit individualium, vt existens sub natura communi, quod contingit ei, in quantum vnitur intellectui, in eodem subiecto, vnde cognoscit hunc hominem, prout est hic homo, & hoc lignum, prout est hoc lignum. Æstimatoria autem non apprehendit aliquid individualium, secundum quod est sub natura communi, sed solum secundum quod est terminus, aut principium alicuius actionis vel passionis, sicut ouis cognoscit hunc agnum, non in quantum est hic agnus, sed in quantum est ab ea lactabilis, & hanc herbam, in quantum est eius cibum. Vnde alia individualia ad quæ se non extendit eius actio vel passio, nullo modo apprehendit sua æstimatoria naturali. Naturalis enim æstimatoria datur animalibus, vt per eam ordinantur in actiones proprias, vel passionem, prosequendas, vel fugiendas.

LECTIO XIII.



Rgo cuius est visus, id est visibile, visibile autem est color, & quod oratione quidem exprimi potest, nomine autem caret, verum in orationis progressu maxime perspicuum fiet quod dicimus.

Quippe visibile est color, qui dicitur esse id quod in eo est, quod est per se visibile, per se autem non ratione, sed quoniam in se habet causam cur sit visibile. Omnis autem color motiuus

Quippe visibile est color, qui dicitur esse id quod in eo est, quod est per se visibile, per se autem non ratione, sed quoniam in se habet causam cur sit visibile. Omnis autem color motiuus

LECTIO XIII.



Ostendam Philosophus distinguit propria sensibilia a communibus sensibilibus, & a sensibilibus secundum accidens, hic determinat de proprijs sensibilibus secundum vnumquemque sensum. Et primo de proprio sensibili visus. Secundo de proprio sensibili auditus, ibi. De odore autem &c. Quarto de proprio sensibili gustus, ibi. Gustabile autem est &c. Quinto de proprio sensibili tactus, ibi. De tangibile autem & tactu &c. Circa primum duo facit. Primo determinat de visibili. Secundo dicit, quomodo visibile videatur, ibi. Nunc autem in tantum &c. Circa primum duo facit. Primo determinat quid est visibile, distinguens visibile in duo. Secundo determinat de vtroque visibili, ibi. Visibile enim est color &c. Dicit ergo primo, quod cum dictum sit, quod propria sensibilia, sunt quæ vnusquisque sensus proprie percipit, illud sensibile cuius proprie percipitur est visus, hoc est visibile. Sub visibili autem comprehenduntur duo. Nam visibile est color, & est quoddam aliud, quod ratione quidem designari potest, sed non habet proprium nomen sibi impostum, quod quidem visibile competit his, quæ videntur de nocte, sicut sunt noctiluce, & putredines quercuum, & huiusmodi, de quibus erit manifestum in processu huius tractatus, postquam ingressi fuerimus in cognitionem visibilis, ex cognitione coloris, quod est manifestius visibile. Deinde cum dicit b Determinat de vtroque visibili. Er primo de colore. Secundo de eo, quod dixit esse innominatum, ibi. Non autem omnia visibilia &c. Circa primum duo facit. Primo ostendit quomodo color

Se habet ad hoc, quod sit visibilis. Secundo determinat de his, que requiruntur ad hoc, quod color videatur, ibi. Est igitur aliquid diaphanum &c. Dicit ergo primo, quod cum color sit quoddam visibile, esse visibile conuenit ei secundum se, nam color in eo quod est color, est visibilis per se. Per se autem dupliciter dicitur. Vno modo dicitur propositio per se, cuius predicatum, cadit in diffinitione subiecti, sicut ista, Homo est animal, animal enim cadit in diffinitione hominis, & quia id quod est in diffinitione alicuius, est aliquo modo causa eius, in his que sunt per se, dicuntur predicata esse causa subiecti. Alio modo dicitur propositio per se, cuius e contrario subiectum ponitur in diffinitione predicati, sicut si dicatur, natus est simus vel numerus est par, simul enim nihil aliud est, quam natus curuus, & par nihil aliud est, quam numerus medietatem habes, & in istis subiectum est causa predicati. Intellegendum est ergo, quod color est visibilis per se, hoc secundum modo, & non primo. Nam visibilitas est quedam passio, sicut si mum est passio nasi. Et hoc est quod dicit, quod color secundum se est visibilis, (non ratione). i. non ita quod visibilis ponatur in eius diffinitione, sed quia in seipso habet causam, ut sit visibilis, sicut subiectum in seipso habet causam. Quod probat per hoc, quod omnis color est motius diaphani secundum actum. Diaphanum autem, est idem quod transparent, ut aer vel aqua, & hoc habet color de sui natura, quod possit moueri diaphanum in actu. Ex hoc autem quod mouet diaphanum in actu, est visibilis, vnde sequitur quod color secundum suam naturam est visibilis. Et quia diaphanum non fit in actu, nisi per lumen, sequitur quod color non fit visibilis sine lumine. Et ideo antequam ostendatur qualiter color videatur, dicendum est de lumine. Deinde cum dicit.

Tex. 65. 67.

Omnia enim color motius est eius quod secundum actum est diaphani, & hæc est ipsius natura. Vnde nihil est visibile sine lumine, sed omnino vnusquisque color per lumen visibilis est. Quapropter de lumine primo dicendum est quod sit.

Tex. 65. 68.

Est igitur aliquid diaphanum. Diaphanum autem dico, quod est quod est visibile, non autem secundum se visibile (ut simpliciter est dicere) sed propter extraneum colorum. Huiusmodi autem est aer, & aqua, & multa solidorum. Non enim secundum aqua neque secundum quod aer, diaphanum est, sed quoniam est natura eadem in his vtriusque, & in perpetuo superno corpore.

Tex. 65. 69.

Lumen autem actus est huiusmodi diaphani, secundum quod est diaphanum. Potentia autem, in quo, hoc est & tenebra. Lumen autem, ut color est diaphani, secundum quod actu diaphanum ab igne, aut huiusmodi, ut quod sursum est corpus. Etenim huic aliquid inest vnum & idem.

Tex. 65. 70.

Quid quidem igitur diaphanum, & quid lumen, dictum est, quod neque ignis est, neque omnino corpus, neque defluxus corporis vllius. Eset enim utique aliquid corpus & sic, aut ignis, aut huiusmodi alicuius presentia in diaphano. Neque enim possibile est, duo corpora simul in eodem esse. Videtur autem lumen, contrarium esse tenebræ. Est autem tenebra, priuatio huius habitus ex diaphano. Quare palam est, quod & huius presentia lumen est.

Quod dicitur quod lumen non est corpus. Secundo improbat quandam solutionem ad rationem quandam, per quam potest probari lumen non esse corpus, ibi. Est non recte Empedocles. Circa prima tria facit. Primo ponit intentum & dicit, quod cum dictum sit quod est diaphanum, & quod lumen, manifestum est quod lumen, neque est ignis, ut quidam dicebant, ponentes tres species ignis, neque est fluxus ab aliquo corpore, sicut posuit Democritus, lumen esse quendam decissionem defluentem a corporibus lucidis, scilicet atomos quodam. Si essent aliqua defluentia a corpore, sequeretur quod essent corpora vel aliquod corpus, & sic nihil aliud esset lumen quam presentia ignis, aut alicuius huiusmodi corporis in diaphano, nihil ergo differret dicere quod lumen est corpus, aut quod est defluxus corporis. Secundo ibi. Probatur quod proposuerat, tali ratione. Impossibile est duo corpora esse simul, si ergo lumen est corpus, impossibile est quod lumen sit simul cum corpore diaphano, hoc autem est falsum, ergo lumen non est corpus. Tertio ibi. Probatur, quod lumen sit simul cum diaphano. Contrarium enim est idem subiectum, lumen autem & tenebra sunt contraria, secundum modum quo priuatio & habitus est quodam contrarietas, ut dicitur in decimo Metaphisice. Manifestum est autem quod tenebra est quedam priuatio huius habitus, scilicet luminis in diaphano, & sic subiectum tenebræ est diaphanum, ergo & presentia lucis, est lumen, ergo lumen est simul cum diaphano. Deinde cum dicit.

aliqua coelestia corpora esse diaphana. Non enim possemus videre stellas fixas, quæ sunt in octaua sphaera, nisi inferiores sphære planetarum essent transparentes, vel diaphane. Sic ergo manifestum est, quod diaphanum non est proprietas consequens naturam aeris aut aquæ, sed aliquam communiorem naturam, ex cuius proprietate, oportet causam diaphanitatis assignare, vt postea apparebit. Deinde cum dicit.

Est eius quod est actu perlucidum, atque id est ipsius natura. Iccirco non est visibile sine lumine, sed omnis color rei cuiusque in lumine videtur, quamobrem, de lumine prius quid sit, dicendum est.

Est ergo aliquid perlucidum. Id autem appello perlucidum, quod est quod est visibile, sed vno uerbo dicam, non per se, sed propter alienum colorum visibile, cuiusmodi sunt aer, & aqua, & complura solidorum, non enim quatenus aqua, nec quatenus aer, perlucidum est, sed quia eadem inest natura in vtroque eorum, & in aeterno illo superno corpore.

Lumen vero est eius actus, nempe perlucidus quatenus perlucidum est, in quo autem hoc inest potentia, in eodem tenebræ etiam insunt, Lumen autem veluti color est perlucidus quando actu sit perlucidum ab igne, aut eius generis aliquo, cuiusmodi est superum corpus.

Quid igitur sit perlucidum, & quid lumen, diximus, nimirum quod nec ignis est, nec omnino corpus, neque effluxio corporis vllius (esset enim vel sic corpus aliquod) sed ignis aut alicuius eiusmodi presentia in perlucidum.

Neque enim duo corpora simul in eodem esse possunt.

Videtur etiam lumen esse contrarium tenebris, sunt vero tenebræ priuatio talis habitus a perlucido. Itaque perspicuum est eius presentiam esse lumen.

Quod dicitur quod lumen non est corpus. Secundo improbat quandam solutionem ad rationem quandam, per quam potest probari lumen non esse corpus, ibi. Est non recte Empedocles. Circa prima tria facit. Primo ponit intentum & dicit, quod cum dictum sit quod est diaphanum, & quod lumen, manifestum est quod lumen, neque est ignis, ut quidam dicebant, ponentes tres species ignis, neque est fluxus ab aliquo corpore, sicut posuit Democritus, lumen esse quendam decissionem defluentem a corporibus lucidis, scilicet atomos quodam. Si essent aliqua defluentia a corpore, sequeretur quod essent corpora vel aliquod corpus, & sic nihil aliud esset lumen quam presentia ignis, aut alicuius huiusmodi corporis in diaphano, nihil ergo differret dicere quod lumen est corpus, aut quod est defluxus corporis. Secundo ibi. Probatur quod proposuerat, tali ratione. Impossibile est duo corpora esse simul, si ergo lumen est corpus, impossibile est quod lumen sit simul cum corpore diaphano, hoc autem est falsum, ergo lumen non est corpus. Tertio ibi. Probatur, quod lumen sit simul cum diaphano. Contrarium enim est idem subiectum, lumen autem & tenebra sunt contraria, secundum modum quo priuatio & habitus est quodam contrarietas, ut dicitur in decimo Metaphisice. Manifestum est autem quod tenebra est quedam priuatio huius habitus, scilicet luminis in diaphano, & sic subiectum tenebræ est diaphanum, ergo & presentia lucis, est lumen, ergo lumen est simul cum diaphano. Deinde cum dicit.

in diaphano, & sic subiectum tenebræ est diaphanum, ergo & presentia luci habitus scilicet lucis, est lumen, ergo lumen est simul cum diaphano. Deinde cum dicit.

Reprobat quandam responsionem ad rationem quandam, que potest fieri contra ponentes lumen esse corpus. Potest enim contra eos sic argui. Si lumen est corpus, oportet quod illuminatio sit motus localis luminis, deueniens in diaphanum. Nullus autem motus localis cuiuscumque corporis, potest esse subitus, sive in instanti. Ergo illuminatio non est subito, sed successiue. Cuius contrarium videmus, quia in eodem instanti, in quo corpus perlucidum presentatur, illuminatur diaphanum totum simul, & non pars eius post partem. Non autem recte Empedocles, neque quicumque alius dixit, quod scilicet lumen feratur motu locali, tamquam corpus, & extendatur successiue in spatio, quod est medium inter terram & continens, scilicet cælum, & quod ista successio nos lateat, sed videatur nobis quod totum illuminetur simul & subito. Hoc enim dictum est contra veritatem, que potest ratione percipi, quia ad illuminationem diaphani nihil requiritur, nisi directa oppositio, absque obstaculo medio corporis illuminantis ad illuminabile. Iterum autem est contra id quod apparet. Posset enim dici, quod successio motus localis paruo spatio lateat nos, sed quod lateat nos successio in motu luminis, ab oriente, vsque ad occidentem horis nostris hoc habet magnam questionem, tamquam difficile aut omnino impossibile. Quia vero hic agitur de natura luminis, & diaphani, & necessitate luminis ad videndum, de his tribus considerandum est. Circa naturam igitur luminis, diuersi diuersimode opinati sunt: quidam enim opinati sunt lumen esse corpus, ut in littera dicitur. Ad quod dicendum, moti sunt ex quibusdam locutionibus, quibus vtimur, loquentes de lumine. Constat enim dicere, quod radius transit per aerem, quod reuerberatur, quod radius se interfecat, que omnia videntur esse corporis. Que quidem opinio stare non potest propter rationes, quas Aristoteles in littera adducit, & plures alias facile esset adducere. Non enim facile esset assignare, quomodo huiusmodi corpus per totum hemispherium subito multiplicaretur, aut generaretur, vel corrumpere: quomodo etiam sola oppositio corporis operati esset causa corruptionis huius corporis, in parte diaphani aliqua. Quod autem dicitur de motu luminis, aut reuerberatione ipsius, metaphorice dictum est, sicut etiam possemus dicere, quod calor procedit dum aliqua de nouo calefit, vel reuerberatur cum habet obstaculum. Quidam vero alij dixerunt, quod lux est quedam natura spiritalis, argumentum sumentes, quod in rebus intellectualibus, nomine luminis vtimur, dicimus enim in substantijs intellectualibus esse quoddam lumen intelligibile. Sed hoc etiam est impossibile. Impossibile est enim quod aliqua natura spiritalis & intelligibilis cadat in apprehensionem sensus, qui cum sit virtus corporea, non potest esse cognoscitivus, nisi rerum corporalium. Siquis autem dicat quod aliud est lumen spirituale, ab eo quod sensus percipit, non erit cum eo contendendum, dummodo hic habeat quod lumen quod visus percipit, non est natura spiritalis. Nihil enim prohibet vnum nomen imponi rebus quantumcumque diuersis. Quod autem lumen, & his que ad visum pertinent, vtamur in rebus intellectualibus contingit, ex nobilitate sensus visus, qui est spiritalior & subtilior inter omnes sensus. Quod patet ex duobus. Primo quidem ex suo obiecto. Nam aliqua cadunt sub visu secundum proprietates, in quibus communicant inferiora corpora cum cælestibus, tactus autem est perceptivus proprietatum, que sunt propriæ elementis, scilicet calidi, & frigidi, & similitium: gustus autem & tactus, proprietatum que competunt corporibus mixtis secundum diuersam rationem commixtionis calidi, & frigidi, humidum, & sic. Sonus autem causatur ex motu locali, qui etiam communis est corporibus cælestibus, & inferioribus, licet speciei motus, que causat sonum, non competat corporibus cælestibus secundum sententiam Aristotelis. Vnde ex ipsa natura obiecti, apparet, quod visus est altior inter sensus, & auditus propinquior ei, & alij sensus magis remoti. Secundo apparet quod sensus visus est spiritalior ex modo immutationis. Nam in quolibet alio sensu non est immutatio spiritalis, sine naturali. Dico autem immutationem naturalem, prout qualitas recipitur in patiente secundum esse naturam, sicut cum aliquid infregitur vel calefit, aut mouetur secundum locum. Immutatio vero spiritalis est secundum quod species recipitur in organo sensus, aut in medio per modum intentionis & non per modum naturalis formæ. Non enim sic recipitur species in sensu secundum illud esse quod habet in re sen-

sibili. Patet autem quod in tactu, & gustu, qui est tactus quidam, sit alteratio naturalis, calefit enim & infregitur aliquid per contactum calidi & frigidi, & non fit immutatio spiritalis tantum. Similiter autem immutatio odoris fit cum quadam fumali euaporatione. Immutatio autem soni, cum motu locali. Sed in immutatione visus est sola immutatio spiritalis, vnde patet quod visus inter omnes sensus est spiritalior, & post hoc auditus, & propter hoc duo sensus sunt maxime spiritaliores, & soli disciplinabiles, & his que ad eos pertinent, vtimur in intellectualibus & precipientibus, que pertinent ad visum. Quidam vero dixerunt, quod lumen non est nisi euidetia coloris. Sed hoc aperte apparet esse falsum in his, que lucet de nocte, & est eorum color occultatur. Alij vero dixerunt, quod lux est forma substantialis solis, & lumen defluens a luce, habet esse intentionale, sicut species colorum in aere. Vtrūque autem horum est falsum. Primum quidem, quia nulla forma substantialis est per se sensibilis, sed solo intellectu comprehensibilis. Et si dicatur quod id quod videtur in sole, non est lux, sed splendor, non erit cõtēdēdū de nomine, dūmodo hoc quod dicimus lucē, quod ex visu apprehenditur, non sit forma substantialis. Secundū etiā falsum est, quia que hinc soli esse intentionale, non facit tranmutationem naturalem, radij autem corporum cœlestiū tranmutat totā naturā inferiorē. Vnde dicitur, quod sicut corpora elementaria hnt qualitates actiua, per quas agunt, ita lux est qualitas actiua corporis cœlestis, per quam agit, & est in tertia specie qualitatis, sicut & calor. Sed in hoc differat, a calore, quia lux est qualitas primi corporis alterantis, quod non habet contrarium, vnde nec lux contrarium habet, calori autem est aliquid contrarium, vnde nec lux contrarium habet, calori autem est aliquid contrarium. Et quia luci nihil est contrarium, in suo susceptibili non potest habere contrariam dispositionem, & propter hoc suum passiuum, scilicet diaphanum semper est in vltima dispositione ad formam, & propter hoc statim illuminatur, non autem calefactibile statim calefit. Ipsa igitur participatio vel affectus lucis in diaphano, vocatur lumen. Et si sit secundum rectam lineam ad corpus lucidum, vocatur radius. Si autem causetur ex reuerberatione radij ad corpus lucidum, vocatur splendor. Lumen autem, commune est ad omnem effectum lucis in diaphano. His igitur visis circa naturam luminis, de facili apparet ratio, quare quedam corpora sunt lucida actu, quedam diaphana, quedam opaca. Nam cum lux sit qualitas primi alterantis quod est maxime perfectum & formale in corporibus, illa corpora que sunt maxime formalia & nobiliora sunt lucida actu, que autem sunt propinqua his sunt receptiua luminis, sunt diaphana, que autem sunt maxime materialia, neque habent lumen in sui natura, neque sunt luminis receptiua, sunt opaca. Quod patet in ipsis elementis. Nam ignis habet lucem in sui natura, licet eius lux non appareat nobis, nisi in natura aliena propter densitatem. Aer autem, & aqua que sunt minus formalia, sunt diaphana, terra autem, que est maxime materialis, est opaca. Circa tertium vero, sciendum est, quod quedam dicunt, quod lumen necessarium est ad videndum, ex parte ipsius diaphani, nisi per lumen. Et huius fignum dicunt, quia ille qui est in obicuro, videt ea que sunt in lumine, sed non econuerso. Rationem etiam ad hoc adducunt, quia oportet quod cum visus sit vnus, quod visibile non fit nisi per rationem vnā, quod non esset, si color esset per se visibilis, non per virtutem luminis, & item lumen esset per se visibile, sed hoc est manifeste contra id quod Aristoteles habet dicit, & quod habet in se causam essendi visibile. Vnde secundum sententiam Aristotelis dicendum est, quod lumen necessarium est ad videndum, non ex parte coloris, eo quod faciat colores esse actu, quos quidam tantum dicunt esse in potentia, cum sunt in tenebris, sed ex parte diaphani, in quantum facit ipsum esse in actu, ut in littera dicitur. Et ad huius euidentiam, considerandum est, quod omnis forma in quantum huiusmodi est principium agendi sibi simile, vnde cum color sit quedam forma, ex se habet quod causet sui similitudinem in medio. Sed tamen sciendum est quod differentia est inter virtutem perfectam, & imperfectam. Nam forma que est perfecte virtutis in agendo, non solum potest inducere suam similitudinem in suo susceptibili, sed potest etiam disponere patientem, ut sit proprium eius susceptiuum, quod quidem non potest facere, cum fuerit imperfecta virtus. Dicendum est igitur quod virtus coloris in agendo est imperfecta respectu virtutis luminis. Nam color nihil aliud est, quam lux quedam quodammodo obcurata ex admixtione corporis opaci. Vnde non habet virtutem, vt faciat medium in illa dispositione, S. Tho. sup. Aia. D. 4. qua

167.111

autem causatur ex motu & non habet esse fixum, & quiescens in subiecto, sed in quadam immutatione consistit, vnde simul determinatur de eo, secundum quod generatur in sua specie, & secundum quod immutat sensum. Prima autem pars dividitur in duas, in prima determinat de prima generatione soni. In secunda de secunda soni generatione, quae fit per reflexionem. ibi. § Echo autem fit. § Circa primum duo facit. Primo ostendit, quod sonus quandoque est in actu, quandoque in potentia. Secundo ostendit, quomodo fit sonus in actu, ibi. § Fit autem secundum actum. § Dicit ergo primo, quod antequam determinetur de tactu, & de gustu, dicendum est de sono, & olfactu, sed primo de sono, quia spiritalior est, ut supra ostensum est. Sonus autem dupliciter dicitur, dicitur enim sonus in actu, & sonus in potentia. Dicimus autem aliquam rem habere sonum, & quando actu sonat, & quando habet potentiam sonandi, sicut dicimus, haec campana bene sonat, quamuis non sonet in actu. Et secundum hunc modum dicimus, quod quaedam non habent sonum, quia non habent potentiam sonandi, sicut spogia, & huiusmodi mollia. Quaedam autem dicitur habere sonum, quia possunt sonare, sicut aes, & alia huiusmodi plana, & lenia. Sic ergo patet, quod sonus quandoque dicitur secundum potentiam, quandoque secundum actum. Sed quod fiat sonus in actu, hoc pertinet, & ad medium, & ad auditum. Omne enim sensibile, dupliciter dicitur esse in actu.

Tex. c6. 78.

no dicimus habere sonum, ut spongiam, lanam, pilos. Quaedam autem habent, ut aes, & quaecumque plana, & lenia sunt, quoniam possunt sonare. Hoc autem est, ipsius medij & auditus facere sonum actu.

b Fit autem qui secundum actum sonus, semper alicui ad aliquid, & alicui. Percussio enim est faciens. Vnde impossibile est, cum sit vnus fieri sonum. Alterum enim est verberare, & quod verberatur. Quare sonans ad aliquid sonat, tangit enim aliquid. Cum autem ictu tangitur, sonat. Ictus autem non fit sine motu.

c Sicut autem diximus, non quorumlibet ictus sonus est, nullum enim faciunt sonum pili, etsi percutiantur, sed aes, & quaecumque lenia, & concava sunt. Aes quidem, quoniam lenis est. Concava autem ex repercussione faciunt multos ictus post primum in potentia exire, quod motum est.

d Amplius auditur in aere, & in aqua, sed minus in aqua. Non est autem soni proprius aer, nec aqua. Sed oportet solidorum percussione fieri ad se invicem & ad aera. Hoc autem fit, cum permaneat percussus aer, & non dissolvatur, vnde si velociter & fortiter percutiatur, sonat. Oportet enim praecipue motum ferientis, fracturam aeris, sicut si congregationem aut cumulum lapillorum percutiat aliquis latum velociter.

e Echo autem fit, cum ab aere vno facto propter vas determinat dicitur esse in actu.

Vno modo, quando actu sentitur, hoc est dum species eius est in sensu, & sic sonus est actu, secundum quod est in auditu. Alio modo secundum quod habet propriam speciem, per quam sentiri potest, prout est in suo subiecto, & sic alia sensibilia sunt in actu, prout sunt in corporibus sensibilibus, sicut color prout est in corpore colorato, & odor, & sapor, prout sunt in corpore odorifero, & saporoso. Sic autem non est de sono. Nam in corpore sonante, non est sonus, nisi in potentia. In medio autem, quod mouetur ex percussione corporis sonantis, fit sonus in actu. Et propter hoc dicitur quod sonus in actu est medij & auditus, non autem subiecti sonabilis. Deinde cum dicitur.

b Ostendit quomodo sonus fiat in actu. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quod concurrunt ad hoc, quod sonus constituitur in actu. Secundo ostendit, qualia esse oporteat, ibi. § Sicut autem diximus. § Dicit ergo primo, quod ad hoc, quod sonus fiat in actu, oportet tria concurrere. Fit enim semper alicuius, & ad aliquid, & in aliquo, & ideo si sit vnum tantum, non potest sonum facere. Et huius ratio est, siue signum, quia percussio est causa soni, oportet igitur esse aliquid idest percussus, & aliquid percussum. Et propter hoc dicitur, quod sonus est alicuius ad aliquid, idest percussus ad percussum. Oportet enim quod illud, quod facit sonum, tangat aliquid, & cum tetigerit suo ictu, generetur tunc sonus. Ictus autem percussus, non fit sine motu locali, motus autem localis non est sine medio. Vnde relinquitur, quod oportet esse medium, ad hoc quod fiat sonus in actu. Et hoc est quod dictum est, quod

Tex. c6. 79.

oportet esse sonum, non solum alicuius, & ad aliquid, sed etiam in aliquo. Deinde cum dicitur.

c Ostendit qualia oportet esse ea, quae requiruntur ad soni generationem. Et primo ostendit, qualia oportet esse percussus, & percussum. Secundo quale oportet esse medium, ibi. § Amplius autem. § Dicit ergo primo, quod sicut praedictum est, sonus non fit ex percussione quorumcumque corporum. Dicitur enim supra quod pili, & spongia, & huiusmodi mollia non habent potentiam sonandi, vnde nullum sonum faciunt, etiam si percutiantur. Cuius ratio est, quia mollia cedunt percussioni, vnde ex percussione non extrahitur aer, ut sic in eo possit formari sonus ex ictu percussus, & resistit tunc percussus. Sed huiusmodi mollia comprimantur, ut aliquid tunc habeant, & resistunt percussioni, sequitur sonus, licet sonus surdus. Sed es, & corpora lenia, & concava, sua percussione faciunt sonum. Necesse est enim quod illa, ex quorum percussione sonus redditur, sint dura, ut aer extrahatur, quae quidem extrusio est causa generationis soni. Requiritur etiam, quod sint lenia, ut sit aer vnus, sicut infra dicitur. Concava autem etiam percussus bene reddunt sonum, quia in eis intus aer concluditur. Et cum illud, quod primo motum est, non possit statim exire, percutit alium aerem, & sic ex repercussione huiusmodi ictus, & multiplicatur sonus. Et propter hoc etiam illa, quae in sui compositione habent aerem bene dispositum, sunt bene sonora, sicut aes, & argentum. In quorum autem compositione aer non bene se habet, non sunt bene sonora, sicut plumbum, & alia huiusmodi, quae sunt magis feculenta, & terrestria. Deinde cum dicitur.

Fit autem actu sonus semper alicuius ad aliquid et in aliquo: ictus enim est qui efficitur: itaque fieri non potest, ut si vnus sit, sonus fiat: aliud enim est quod verberat, aliud quod sonat ad aliquid sonat: ictus autem non fit sine laeone.

Verum, ut diximus, non quorumlibet ictus, sonus est. nullum enim sonus edit lana si percutiatur, sed aes, & quaecumque lenia & concava sunt. Aes quidem quia lenis est: concava autem refractione multos post primum ictus efficiunt, dum quod motum est exire non potest.

Præterea & in aere auditur et in aqua, sed minus. Neque vero penes aerem soni potestas est, nec penes aquam: sed oportet solidorum inter se & cum aere constitutionem ictumque fieri: quod tum contingit, cum percussus aer persisterit, nec dissipatus fuerit. itaque si celeriter & uehementer percutiatur, sonum edit: oportet enim ut motus ferientis anticipet dissipationem aeris, non secus ac si quis arenam cumulum, aut certe arenam perpetuo lapsu precipitantem celeriter diuerberet.

Echo autem fit cum ab aere, qui propter vas quod cum terminauit friari;

bent aerem bene dispositum, sunt bene sonora, sicut aes, & argentum. In quorum autem compositione aer non bene se habet, non sunt bene sonora, sicut plumbum, & alia huiusmodi, quae sunt magis feculenta, & terrestria. Deinde cum dicitur.

d Ostendit quale sit medij in quo generatur sonus, & dicit quod medij in quo sonus auditur est aer & aqua, sed minus auditur in aqua, quia in aere, vnde propriissimum medij in generatione soni, quia in auditu, est aer. Et quia medij in quolibet sensu, qualitatibus sensibilibus, enim illi sensu caret, ut possit oes recipere, manifestum est quod neque aer, neque aqua habet proprium sonum, sed necessarium est ad soni generationem, in aere vel aqua, quod aliqua corpora firma vel solida, & dura percutiatur leni, & percutiat aere. Quod autem simul fiat percussio solidorum adinuicem & per consequens sonus, & ad aera, contingit cum aer in sua integritate manet, ut possit percuti, & non diuidit ante percussione. Et propter hoc videmus, quod si aliquid rando motu tangat alterum, non facit sonum, quia prius recedit aer, & dissolvit, quod contactus solidorum corporum habet. Sed si percussio fit velociter & fortiter, tunc fit sonus, quia ad hoc quod fit sonus, oportet quod motus percussus pueniat diuisione aeris, ut aer adhuc adunatus, siue collectus percuti possit, & in eo sonus generari. Et est simile, sicut cum aliquid velociter fertur, percutere potest aerem lapidum antequam dissolvatur, quod non contingit si tarde moueatur. Et propter hoc etiam, quando aliquid velociter fertur in ipso aere, iacet sonum ex suo motu, quia ipse aer adhuc adunatus, se habet in ratione percussus, & non solum dicitur.

e Determinat de secunda generatione soni, quae fit per reuerberationem,

rationem, qui quidem sonus vocatur Echo. Primo ergo determinat quomodo generetur. Secundo ostendit quomodo diuersificetur in sui generatione, ibi. § Videtur autem. § Considerandum est autem circa primum, quod generatio soni in aere, consequitur motum aeris, ut dictum est. Sic autem contingit de immutatione aeris apud generationem soni, si cut de immutatione aquae, cum aliquid in aquam proicitur. Manifestum est enim, quod si unum quendam regyrationes in circuitu aquae percussus. Quae quidem circa locum percussus sunt paruae, & motus est fortis. In remotis autem gyrationes sunt magis, & motus debilior. Tandem motus totaliter euanescent & gyrationes cessant. Si autem antequam motus cesset, gyrationes ille aliquod obstaculum inueniant, fit motus gyrationis in contrarium, & tanto vehementius, quanto propinquius sunt primae percussioni. Sic igitur intelligendum est, quod ad percussione corporum sonatum, aer in gyrum mouetur, & sonus vndique diffunditur. Et in vicino quidem gyrationes sunt minores, sed motus fortior, vnde & sonus fortius percipitur. In remotis autem gyrationes sunt maiores, & motus debilior, & sonus obscurus auditur. Tandem autem deficit totum. Si autem antequam huiusmodi gyrationes deficiant, habet reuerberatio aeris fieri, & sonum de feretis ad aliquod corpus, gyrationes reuertentur in contrarium, & sic auditur sonus quae si ex aduerso. Et haec vocatur echo. Quod praecipue fit, quando illud obstat, ad quod reuertitur aer motus, est aliquod corpus concavum, quasi quoddam vas determinans, & concludens aerem in sua vnitatem, & ideo prohibens ipsum diuidi. Tunc enim ille aer sic vnitus & commotus, quia non potest ulterius motum protendere, propter corpus obstat, percutit iterum aerem, a quo percutebatur, & fit motus in contrarium. Sicut accidit cum aliquis proicit pilam, quae hic sphaera dicitur, & inueniens obstaculum retro resilit. Deinde cum dicitur.

Tex. c6. 81.

Tex. c6. 82.

nans, & prohibens diffundi, iterum aer repellitur, sicut sphaera.

f Videtur autem semper fieri Echo, sed non certa, quia accidit in sono, sicut & in lumine. Etenim lumen semper repercutitur, neque, nisi fieret penitus lumen, sed tenebra extra locum a sole illuminatum. Sed non sic repercutitur sicut ab aqua, aut aere, aut ab aliquo alio leniu ut vmbra faciat, qua lumen determinam.

LECTIO XVII.

Acuum autem recte dicitur esse audiendi potestas. Videtur enim esse vacuum aer. Hic autem est faciens audire, cum moueatur continuus, & vnus. Sed propter id quod fragilis est, non sonat, nisi lene sit quod percipitur, tunc autem vnus fit. Simul enim propter planum, vnus enim est lenis planum. Sonatum igitur est igitur id, quod motiuum est vni aeris continuitate usque ad auditum.

b Auditus autem connaturalis est aeri, propter id autem quod in aere est, moto exteriori, & qui intus est, mouetur. Propter quod non vbiq; audit animal, neque, vbiq; pertransit aer. Non enim vbiq; habet aerem mouenda pars, & animatum, sicut pupilla humidum.

Quod praecipue fit, quando illud obstat, ad quod reuertitur aer motus, est aliquod corpus concavum, quasi quoddam vas determinans, & concludens aerem in sua vnitatem, & ideo prohibens ipsum diuidi. Tunc enim ille aer sic vnitus & commotus, quia non potest ulterius motum protendere, propter corpus obstat, percutit iterum aerem, a quo percutebatur, & fit motus in contrarium. Sicut accidit cum aliquis proicit pilam, quae hic sphaera dicitur, & inueniens obstaculum retro resilit. Deinde cum dicitur.

f Ostendit quomodo diuersimode fit echo. Et dicit quod videtur sepe fieri echo, sed non semper fit certa, idest manifeste perceptibilis. Et hoc ostendit per simile. Dicit enim quod accidit in sono, sicut in lumine. Lumen enim semper repercutitur, sed quandoque quidem est manifesta repercussio luminis, quandoque autem non. Manifesta quidem est repercussio luminis, quando repercutitur ab aliquo corpore fulgido, ita quod cum quadam claritate fit luminis repercussio, similis modo primae luminis emissioni. Immanifesta autem est repercussio luminis, quando repercutitur ab aliquo corpore opaco, quia huiusmodi repercussio fit sine claritate, & radiorum emissionem. Nisi enim a corporibus opacis fieret repercussio radiorum solis, non fieret lumen penitus, idest in qualibet parte aeris superioris hemisphaerii, sed vbiq; esset tenebra extra solem, idest extra loca, ad quae directe perueniunt radii solares. Non tamen sic repercutitur lumen a corporibus opacis, sicut ab aqua vel aere, aut aliquo de numero lenium corporum, & terforum, a quibus fit repercussio, cum claritate & radiorum emissionem. Et ideo quia repercussio, quae fit a corporibus opacis, non est similis repercussioni, quae fit a corporibus fulgidis, repercussio quae fit a corporibus opacis fa-

cit tenebram, idest vmbra ex illa parte, vbi determinatur lumen manifestum, quod est ex directa emissionem radiorum solarum. Similiter autem quando repercussio soni fit ad corpus concavum, in quo natus est multiplicari sonus fit echo certa, idest manifeste comprehensibilis. Quando autem ad alia corpora fit reuerberatio soni, quae non sunt nata multiplicare sonum, non fit echo manifesta.

prohibuit vnus efficitur, retro aer uelut pila pulsus fuerit.

Videtur autem semper Echo fieri, sed non clara quandoquidem ut in lumine, sic vbi vnus in sono: etenim semper lumen refringitur, alioqui non fieret vbiq; lumen, sed tenebra, extra locum a sole illustratum, sed non ita refringitur, ut ab aqua uel aere, uel quouis alio lenium, ut vmbra efficiat, qua lumen terminamus.

LECTIO XVII.


Enes vacuum autem recte dicitur esse audiendi potestas, nam aer videtur esse vacuum, vnus autem est qui audire facit, cum mouetur continuus & vnus, verum quia friabilis est, non personat, nisi res percussa sit lenis, tunc autem vnus fit simul propter planum, nunc enim est lenis planum. Sonatum igitur est, quod continuatione vnus aerem usque ad auditum mouere potest.

Porro autem in auditu inest aer quidam natiuus, sed quoniam in aere est moto externo, mouetur internum, quomobrem animal qualibet sui parte non audit, neque quouis permeat aer, neque enim vbiq; habet aerem mouenda & animata.

Si autem corpus non sit lenis, sed asperum, tunc superficies non est vna. Et quia aer est frangibilis, idest facile diuisibilis, sequitur quod etiam aer non sit vnus & continuus, vnde non potest in eo formari sonus. Sic igitur patet, quod illud est sonans tantum, idest faciens sonum, quod mouet aerem vnus, continuus existentem a se usque ad auditum. Sic ergo patet, quod illi qui dicunt, quod vacuum est proprium sensui auditus, dicunt aliquid recte, quia esse proprium auditus, competit aeri, quem vacuum esse dicunt. Non autem dicunt recte quantum ad hoc, quod plenum aere dicunt esse vacuum. Deinde cum dicitur.

b Determinat de immutatione auditus a sono, quantum ad ipsum organum sensus auditus. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit, quod aer appropriatur organo auditus. Secundo ostendit, qualis sit aer, qui competit organo auditus, ibi. § Per se quidem igitur. § Tertio ostendit, quomodo auditus impeditur, vel non impeditur ex impedimento organi, ibi. § Propter hoc autem & aqua. § Dicit ergo primo, quod auditus connaturalis est aeri, ita quod sicut humidum aequum conuenit instrumento visus, ita aer conuenit instrumento auditus. Et hoc eadem, quia si attribuat aer instrumento auditus, sequitur quod eadem passio soni erit in aere exteriori moto, & in aere qui mouetur intus, & est instrumentum auditus. Et ideo animal non audit in qualibet parte sui corporis, neque aer sonans generat sonum, siue penetrat quancumque partem corporis animati, quia animatum non habet in qualibet sui parte aerem, ut quilibet pars eius possit esse mouenda a sono, sicut etiam animatum habet humidum aequum, non vbiq; sed in quadam parte determinata, scilicet in pupilla. Deinde cum dicitur.

LECTIO XVII.



Ostendam Philosopho de terminat de generatione soni, hic determinat de immutatione sensus a sono. Et primo quantum ad immutationem medij. Secundo, quantum ad immutationem instrumenti, ibi. § Auditus autem. § Dicit ergo primo, quod quia medium in sono est aer, recte dicitur a quibusdam, quod vacuum est proprium sensui auditus, quia videtur eis quod vacuum sit aer. Aer autem facit auditum sonum, cum moueatur, existens vnus, & continuus, ut in eo possit formari sonus. Et quia ad hoc quod formetur sonus, necessaria est vnitatem, & continuitas aeris, ideo non fit sonus, nisi sonabile quod percipitur, sit lenis. Lene enim est cuius vna pars non supereminet alteri. Aesperum autem cuius vna pars alicui supereminet. Vnde manifestum est, quod superficies lenis corporis est simpliciter vna. Et propter hoc, aer propter vnitatem plani, idest superficies fit vnus, & si

c Ostendit,

¶ Ostendit qualis sit aer, qui appropriatur instrumento auditus. Et dicit, quod cum omne habens sonum sit aptum natum resistere percipienti. Manifestum est quod aer per se non habet sonum eo quod de se non est natum resistere percipienti, sed facillime cedit. Prohibetur enim cessio eius, siue diffusus ab aliquo corpore solido, & ideo cum hoc accidit, motus aeris reddit sonum. Dicitur enim, quod ad generationem soni, oportet fieri percussio- nem duorum solidorum adinuicem, & ad aerem. Sed aer qui est connaturalis auditui, est edificatus, id est firmiter dispositus in auribus, cum hac proprietate quod sit immobilis, ad hoc quod animal possit sentire per certitudinem omnes differentias morum. Sicut enim humidum aqueum, quod est in pupilla, caret omni colore, ut possit cognoscere omnes colorum differentias, ita oportet quod aer qui est in tra tympanum auris, careat omni motu, ad hoc quod possit discernere omnes sonorum differentias. Deinde cum dicit.

Tex. cō. 83.

c Per se igitur insonabilis aer, propter id, quod facile frangibilis est, accedit. Cum uero prohibeatur diffuere, & huiusmodi motus sonus est. Hic autem est in auribus edificatus, in hoc ut immobilis sit, quatenus exacte sentiat oēs differentias motus.

d Propter hoc autē & in aqua audimus: quoniam non ingreditur ad ipsum connaturale aerem, sed neque in aurem, per reflexiones ipsius. Cum autem hoc accidat, non audit, neque si meninga labore, sicuti neque tum uidemus, cum ea pellis, quę pupillam tegit morbo quopiam laborat.

Tex. cō. 84.

e Sed signum est audiendi, aut non, sonare semper aurem, sicut cornu. Semper enim quodam proprio motu aer mouetur in auribus, sed sonus extraneus, & non proprius. Et propter hoc dicunt nos audire uacuo, & sonanti, quia audimus habente determinatam aerem.

Tex. cō. 85.

& intelligere non sunt idem: hic incipit determinare de parte animae intellectiua. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de parte animae intellectiua. In secunda, ex his quae determinata sunt de sensu & intellectu, ostendit quid sit de anima sentiendum. ibi. Nunc autem de anima. Prima diuiditur in partes duas. In prima determinat de intellectu. In secunda comparat ipsum ad sensum ibi. Videtur autem sensibile. Prima diuiditur in duas. In prima determinat de intellectu. In secunda de operatione eius. ibi. Indiuisibilium. Prima diuiditur in tres. In prima determinat de intellectu possibili. In secunda de intellectu agente. ibi. Quoniam autem sicut in omni. In tertia de intellectu in actu. ibi. Idem autem est secundum actum. Circa primum, tria facit. In prima determinat de intellectu possibili. In secunda de obiecto eius. ibi. Quoniam autem aliud. In tertia mouet dubitationem circa praedeterminata. ibi. Dubitabit autem aliquis. Circa primum duo facit. Primo ostendit naturam intellectus possibilem. Secundo ostendit quomodo reducatur in actum. ibi. Cum autem sic fiat singula. Circa primum duo facit. Primo ostendit de quo est intentio. Secundo ostendit propositum. ibi. Si igitur est intelligere. Dicit ergo primo, quod postquam determinatum est de parte animae sensitiua, & ostensum est quod sapere & intelligere non est idem quod sentire, considerandum est nunc de parte animae, qua cognoscit animam, id est intelligit, & sapit. Supra autem dictum est, quod differentia est inter sapere & intelligere. Nam sapere pertinet ad iudicium intellectus, intelligere autem ad eius apprehensionem. Circa hanc autem partem aliquid est quod praetermittit, de quo erat apud antiquos dubium. Vtrum scilicet pars animae sit separabilis ab aliis partibus animae subiecto, siue non sit separabilis subiecto, sed ratione tantum. Intelligit autem esse separabile subiecto, hoc quod dicitur esse separabile em magnitudinem,

propter Platonem, qui ponens partes animae subiecto adiunctem separatas: attribuit eis organa in diuersis partibus corporis. Hoc est ergo quod praetermittit. Sed duo sunt, quae inquirere intendit. Quorum primum est. Si sit separabilis secundum rationem haec pars animae ab aliis, quam differentiam habet ad alias.

Et quia proprietates potentiae ex qualitate accus cognoscitur, secundum quod inquirere intendit est, quomodo sit ipsum intelligere, id est quomodo operatio intellectualis compleat. Deinde cum dicitur. Ostendit propositum. Et circa hoc tria facit. Primo proponit similitudinem intellectus ad sensum. Secundo ex huiusmodi similitudine concludit naturam intellectus possibilem. ibi. Necessesse est itaque. Tertio ostendit, ex his quae de intellectu probauerat, differentiam inter intellectum & sensum. ibi. Quoniam autem non similes. Primo igitur ex huiusmodi suppositione procedit ad propositum ostendendum, quod intelligere est simile ei quod est sentire. Quae quidem similitudo ex hoc manifesta est, quod sicut sentire est quoddam cognoscere, & sentiuntus quandoque quidem in potentia, quadoque autem in actu: sic & intelligere cognoscere quoddam est, & quandoque quidem intelligimus in potentia, & quandoque in actu. Ex hoc autem sequitur, quod cum sentire sit quoddam pati a sensibili, aut aliquid simile passioni, quod intelligere sit vel pati aliquid ab intelligibili, vel aliquid alterum huiusmodi, simile passioni. Horum autem duorum, secundum verius est. Nam sentire, vt supra in Secundo dicitur est, non proprie pati est. Patitur enim proprie aliquid a contrario. Sed aliquid habet simile passioni, in quantum sensus est in potentia ad sensibile, & est susceptiuum sensibilibus, ergo si intelligere est simile ei, quod est sentire, & partem intellectiuam oportet esse impasibilem, passionem proprie accepta, sed oportet, quod habeat aliquid simile passibilitati, quia oportet huiusmodi partem esse susceptiuam speciei intelligibilis, & quod sit in potentia ad huiusmodi speciem, sed non sit hoc in actu. Et sic oportet quod sicut se habet sensitiuum ad sensibilia, similiter se habeat intellectiuum ad intelligibilia, quia vtrumque est in potentia ad suum obiectum. & est susceptiuum eius. Deinde cum dicitur. Ex praemissis ostendit naturam intellectus possibilem. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod intellectus potis non est aliquid corporeum, vel compositum ex rebus corporalibus. Secundo ostendit, quod non habet organum corporale. ibi. Vnde neque miserit. Consequenter ostendit ergo circa primum, quod antiqui de intellectu duplice opinati sunt. Quidam posuerunt, quod in telis erat compositus esse principis oium, ad hoc quod cognosceret oia, & hac supra dixit esse opinionem Emp. Anaxagoras vero dixit intellectum esse simplicem, & immixtum, & nulli rerum corporaliu hae aliquid coe. Ex eo ergo quod dicitur est, quod intellectus non est actu intelligens, sed potentia tantum, concludit quod necesse est intellectum, pro hoc quod intelligit oia in potentia, non esse mixtum ex rebus corporalibus, sicut Emp. posuit, sed esse immixtum, sicut dixit Anax. Et quidem Anax. hoc dixit, hac ratione motus, quia posuit intellectum esse principium totius motus, a quo omnia mouentur em eius imperium. Si autem esset mixtum ex naturis corporalibus, vel haberet aliquam earum determinate, non posset omnia mouere suo imperio,

G

LECTIO VII.

Ea autem parte animae, qua anima cognoscit, & sapit, siue ea sit separabilis, siue etiam non separabilis magnitudinem, sed ratione, considerandum est quam habet differentiam, & quomodo pacto fiat intelligere.

Si igitur intelligere est quemadmodum sentire, aut pati quoddam fuerit ab intelligibili, aut aliquid eius generis aliud. Ergo impasibile ipsum esse oportet, receptiuum vero speciei, & potentia tale, sed non hoc, & similiter habere, ut sensitiuum ad sensibilia, sic intellectiuum ad intelligibilia.

Necesse igitur est cum omnia intelligat, non mixtum esse, vt ait Anaxagoras, vt dominetur siue superet, id est, vt cognoscat: nam species se offerens impedimento est alieno, et obsecat. Ita vt nulla sit eius natura nisi haec, &

quod cum sentire sit quoddam pati a sensibili, aut aliquid simile passioni, quod intelligere sit vel pati aliquid ab intelligibili, vel aliquid alterum huiusmodi, simile passioni. Horum autem duorum, secundum verius est. Nam sentire, vt supra in Secundo dicitur est, non proprie pati est. Patitur enim proprie aliquid a contrario. Sed aliquid habet simile passioni, in quantum sensus est in potentia ad sensibile, & est susceptiuum sensibilibus, ergo si intelligere est simile ei, quod est sentire, & partem intellectiuam oportet esse impasibilem, passionem proprie accepta, sed oportet, quod habeat aliquid simile passibilitati, quia oportet huiusmodi partem esse susceptiuam speciei intelligibilis, & quod sit in potentia ad huiusmodi speciem, sed non sit hoc in actu. Et sic oportet quod sicut se habet sensitiuum ad sensibilia, similiter se habeat intellectiuum ad intelligibilia, quia vtrumque est in potentia ad suum obiectum. & est susceptiuum eius. Deinde cum dicitur. Ex praemissis ostendit naturam intellectus possibilem. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod intellectus potis non est aliquid corporeum, vel compositum ex rebus corporalibus. Secundo ostendit, quod non habet organum corporale. ibi. Vnde neque miserit. Consequenter ostendit ergo circa primum, quod antiqui de intellectu duplice opinati sunt. Quidam posuerunt, quod in telis erat compositus esse principis oium, ad hoc quod cognosceret oia, & hac supra dixit esse opinionem Emp. Anaxagoras vero dixit intellectum esse simplicem, & immixtum, & nulli rerum corporaliu hae aliquid coe. Ex eo ergo quod dicitur est, quod intellectus non est actu intelligens, sed potentia tantum, concludit quod necesse est intellectum, pro hoc quod intelligit oia in potentia, non esse mixtum ex rebus corporalibus, sicut Emp. posuit, sed esse immixtum, sicut dixit Anax. Et quidem Anax. hoc dixit, hac ratione motus, quia posuit intellectum esse principium totius motus, a quo omnia mouentur em eius imperium. Si autem esset mixtum ex naturis corporalibus, vel haberet aliquam earum determinate, non posset omnia mouere suo imperio,

Lec. 10. tex. com. 5.

Lib. 1. le. 4.

imperio, quia determinaretur ad vnum. Et hoc est quod dicitur, quod Anax. posuit intellectum esse immixtum, & vt imperet, id est vt suo imperio omnia moueat. Sed quia nos nunc no loquimur de intellectu, qui omnia mouet: sed de intellectu quo anima intelligit: illud medium non est opportunum ad ostendendum intellectum esse immixtum, sed oportet aliud medium accipere ad illud ostendendum: ex hoc scilicet quod intellectus omnia cognoscit. Et hoc est quod addit: hoc autem est, vt cognoscat, & quasi dicitur, sicut Anax. posuit intellectum esse immixtum, ad hoc vt imperet: ita oportet nos ponere intellectum esse immixtum, ad hoc vt cognoscat. Quod quidem tali ratione apparet. Omne enim quod est in potentia ad aliquid, & receptiuum eius, caret eo ad quod est in potentia, & cuius est receptiuum, sicut pupilla, quae est in potentia ad colores, & est receptiuum ipsorum, est carens omni colore, sed intellectus noster sic intelligit intelligibilia, quod est in potentia ad ea, & susceptiuus eorum, sicut sensus sensibilibus. ergo caret omnibus illis rebus, quas natus est intelligere. Cum igitur intellectus noster natus sit intelligere omnes res sensibiles & corporeas, oportet quod careat omni natura corporali, sicut sensus visus caret omni colore: propter hoc quod est cognoscit coloris. Si enim haberet aliquem colorem: ille color prohiberet videre alios colores. Sicut lingua febricitantis, quae habet aliquem humorem amarum, non potest percipere dulcem saporem. Sic etiam intellectus si haberet aliquam naturam determinatam: illa natura connaturalis sibi prohiberet eum a cognitione aliarum naturarum. Et hoc est quod dicitur. Intus enim apparet prohibebit cognoscere extraneum, & obstruet, id est impedit intellectum, & quoddam modo velabit, & concludet ab inspectione aliorum. Et appellat intus apparens, aliquid intrinsecum connaturale intellectui, quod dum ei apparetur semper impediret intellectum ab intelligendo alia, sicut si diceremus, quod humor amarum esset intus apparens linguae febricitantis. Concludit autem ex hoc, quod non contingit naturam intellectus esse & neque vnam, id est nullam determinatam: sed hanc solam naturam habet, quod est possibilem respectu omnium. Et hoc quidem contingit intellectui, quia non est cognoscituum tantum generis sensibilibus, sicut visus vel auditus, vel omnium qualitatum, & accidentium sensibilibus, communium vel propriorum, sed vniversaliter totius naturae sensibilibus. Vnde sicut visus caret quodam genere sensibilibus: ita oportet, quod intellectus careat tota natura sensibili. Ex hoc autem vterius concludit, quod ille qui vocatur intellectus animae, nihil est in actu eorum, quae sunt ante intelligere, quod est contrarium ei, quod antiqui ponebant. Dicebant enim eum, ad hoc quod cognosceret omnia esse compositum ex omnibus. Si autem esset cognoscituum omnium, quia haberet in se omnia: esset semper intellectus in actu, & nunquam in potentia, sicut supra dixit de sensu, quod si esset compositus ex sensibilibus, non indigeret sensibilibus exterioribus ad sentiendum. Et ne quis crederet, quod esset hoc verum de quolibet intellectu, quod sit in potentia ad sua intelligibilia, antequam intelligat: interponit, quod nunc loquitur de intellectu, quo anima opinatur, & intelligit. Et hoc dicit, vt praeseruet se ab intellectu diuino, qui non est in potentia, sed est quodammodo intellectus omnium. De quo intellectu Anax. dixit, quod est immixtus, vt imperet. Deinde cum dicitur. Ostendit, quod intellectus non habet organum corporale. Et primo ostendit propositum. Secundo adaptat ad hoc quod dicitur antiquorum. ibi. Et bene iam. Dicit ergo primo, concludens ex praedictis, quod si intellectus noster ad hoc quod cognoscat omnia, oportet quod non habeat naturam aliquam determinatam, ex naturis rerum corporalium quas cognoscit: eodem modo rationabile est, quod non est mixtum corpori, id est, quod non

in. com. 6.

in. com. 7.

Quare neque ipsius esse naturae neque vnam, nisi hanc quod possibilem sit. Vocatus itaque animae intellectus, (dico autem intellectum quo opinatur, & intelligit anima) nihil est actu eorum quae sunt ante intelligere.

Vnde neque miserit est ratio nabile, ipsum corpori. Qualis. n. aliquis vtique & esset, aut calefactus, aut frigidus, & erit organum aliquod, sicut sensitiuum: nunc autem nullum est.

Et bene iam dicentes sunt, animam esse locum specierum, nisi quod non tota, sed in intellectu, neque actu, sed potentia species.

Quod autem non similes sit impassibilitas sensitiui & intellectiui, manifestum est ex organis & sensu. Sensus enim non potest sentire ex valde sensibili, vt sonum ex magnis sonis, neque ex for-

haereat aliquod organum corporale, sicut habet pars animae sensitiua, quia si erit aliquod organum corporale intellectui, sicut est parti sensitiuae, sequetur quod habeat aliquam naturam determinatam ex naturis rerum sensibilibus. Et hoc quod dicitur quod qualis enim aliquis vtique fieri: aliquam qualitatem sensibilem habens, vt scilicet sic actu calidus, aut frigidus. Manifestum est enim, quod potentia animae, quae est actus alicuius organi, conformatur illi organo, sicut actus susceptibili. Neque refert quantum ad actum potentiae: vt ipsa potentia habeat aliquam qualitatem sensibilem determinatam, aut organum, cum actus non potest esse sit solum, sed compositi ex potentia & organo corporeo. Si militer enim impeditur visio oculorum, si potentia visiva haberet colorem determinatum, sive pupilla. Et ideo dicitur, quod eiusdem rationis est ponere, quod intellectus non habeat organum corporale, & quod non habeat aliquam naturam corpoream determinatam. Et ideo subdit, quod nullum est organum intellectiuae partis, sicut est sensitiuae. Deinde cum dicitur. Adaptat quod dicitur est, opinioni antiquorum, & dicit quod ex quo pars intellectiua non habet organum, sicut pars sensitiua: iam potest verificari dictum illorum, qui dixerunt, quod anima est locus specierum, quod per similitudinem dicitur, eo quod est specierum receptiuum. Quod quidem non verum esset, si quilibet pars animae haberet organum, quia iam species non recipiuntur in anima sola, sed in coniuncto. Non enim visus solum est susceptiuus specierum, sed oculus, & ideo non dicendum est, quod tota anima sit locus specierum, sed solum pars in intellectu, quae organum non habet. Nec ita est locus specierum, quod habeat actu species, sed potentia tantum. Deinde cum dicitur. Ostendit differentiam inter intellectum & sensum, quantum ad impassibilitatem. Dicitur enim supra, quod sicut sentire non est pati passione proprie accepta, ita nec intelligere. Et ex hoc supra concludit quod intellectus erat impassibilis. Ne ergo aliquis crederet, quod in eodem gradu impassibilitatis esset sensus & intellectus, subiungit hoc, quod non est similes impassibilitas sensitiui & intellectiui. Sensus. n. licet non patiat a sensibili, tamen per accidens, in quantum organum proportio corrumpit ab excellenti sensibili. Sed de intellectu, hoc accidere non potest, cum organo careat. vnde nec per se, nec per accidens passibilis est. Et hoc est quod dicitur, quod dissimilitudo impassibilitatis sensitiui, & intellectiui manifesta est ex organo, & sensu, quia sensus efficitur impotens ad sentiendum, ex valde sensibili, sicut auditus non potest audire sonum, propter hoc quod motus est ex magnis sonis, neque visus potest videre, neque olfactus odorare, ex eo quod hi sensus, moti sunt prius ex fortibus odoribus, & coloribus, corruptentibus organum. Sed intellectus, quia non habet organum corporeum, quod corrumpi possit ab excellentia proprii obiecti, cum intelligit aliquid valde intelligibile, non minus postea intelligit infima, sed magis: & idem accideret de sensu, si non haberet organum corporale. Debilitatur tamen intellectus ex laesione alicuius organi corporalis indirecte, in quantum ad eius operationem requiritur operatio sensus habentis organum. Causa igitur diuersitatis huius est, quia sensitiuum non est sine corpore, sed intellectus est separatus. Ex his autem quae dicuntur, apparet falsitas opinionis illorum, qui dixerunt, quod intellectus est vis imaginatiua, vel aliqua praeparatio in natura humana, consequens corporis complexionem. Sed horum occasione verborum, quidam intarum decepti sunt, vt ponerent intellectum possibilem esse a corpore separatum, sicut vna de substantiis separatis. Quod quidem omnino impossibile est. Manifestum est enim, quod hic homo intelligit. Si enim hoc negetur, tunc dicens hac opinionem non intelligit aliquid: S. Tho. su p. Aia. F 4 & ideo

Itaque nec admixtum corpore eum esse, rationi consentaneum est: fieret enim cuiusmodi, nimirum calidus aut frigidus, atque etiam instrumentum aliquod adesse, quemadmodum sensitiuum, nunc vero nullum est.

Atque praclare sane censent, qui dicunt animam esse locum specierum, nisi quod neque tota, sed in intellectu, neque actu, sed potentia species.

Non esse autem similem impassibilitatem sensitiui & intellectiui, perspicuum est in sensu instrumentis, & in sensu, nam sensus post vehementem sensibile sentire non potest, Verbi causa: sonum post magnos sonos, nec etiam post

quod non habeat aliquam naturam corpoream determinatam. Et ideo subdit, quod nullum est organum intellectiuae partis, sicut est sensitiuae. Deinde cum dicitur. Adaptat quod dicitur est, opinioni antiquorum, & dicit quod ex quo pars intellectiua non habet organum, sicut pars sensitiua: iam potest verificari dictum illorum, qui dixerunt, quod anima est locus specierum, quod per similitudinem dicitur, eo quod est specierum receptiuum. Quod quidem non verum esset, si quilibet pars animae haberet organum, quia iam species non recipiuntur in anima sola, sed in coniuncto. Non enim visus solum est susceptiuus specierum, sed oculus, & ideo non dicendum est, quod tota anima sit locus specierum, sed solum pars in intellectu, quae organum non habet. Nec ita est locus specierum, quod habeat actu species, sed potentia tantum. Deinde cum dicitur. Ostendit differentiam inter intellectum & sensum, quantum ad impassibilitatem. Dicitur enim supra, quod sicut sentire non est pati passione proprie accepta, ita nec intelligere. Et ex hoc supra concludit quod intellectus erat impassibilis. Ne ergo aliquis crederet, quod in eodem gradu impassibilitatis esset sensus & intellectus, subiungit hoc, quod non est similes impassibilitas sensitiui & intellectiui. Sensus. n. licet non patiat a sensibili, tamen per accidens, in quantum organum proportio corrumpit ab excellenti sensibili. Sed de intellectu, hoc accidere non potest, cum organo careat. vnde nec per se, nec per accidens passibilis est. Et hoc est quod dicitur, quod dissimilitudo impassibilitatis sensitiui, & intellectiui manifesta est ex organo, & sensu, quia sensus efficitur impotens ad sentiendum, ex valde sensibili, sicut auditus non potest audire sonum, propter hoc quod motus est ex magnis sonis, neque visus potest videre, neque olfactus odorare, ex eo quod hi sensus, moti sunt prius ex fortibus odoribus, & coloribus, corruptentibus organum. Sed intellectus, quia non habet organum corporeum, quod corrumpi possit ab excellentia proprii obiecti, cum intelligit aliquid valde intelligibile, non minus postea intelligit infima, sed magis: & idem accideret de sensu, si non haberet organum corporale. Debilitatur tamen intellectus ex laesione alicuius organi corporalis indirecte, in quantum ad eius operationem requiritur operatio sensus habentis organum. Causa igitur diuersitatis huius est, quia sensitiuum non est sine corpore, sed intellectus est separatus. Ex his autem quae dicuntur, apparet falsitas opinionis illorum, qui dixerunt, quod intellectus est vis imaginatiua, vel aliqua praeparatio in natura humana, consequens corporis complexionem. Sed horum occasione verborum, quidam intarum decepti sunt, vt ponerent intellectum possibilem esse a corpore separatum, sicut vna de substantiis separatis. Quod quidem omnino impossibile est. Manifestum est enim, quod hic homo intelligit. Si enim hoc negetur, tunc dicens hac opinionem non intelligit aliquid: S. Tho. su p. Aia. F 4 & ideo

Li. 1. lec. 10. Tex. co. 51.

ideo non est audiendus. Si autem intelligit, oportet quod aliquo formaliter intelligat. Hic autem est intellectus possibilis, de quo Philosophus dicit. Dico autem intellectus, quo intelligit, & opinatur anima. Intellectus ergo possibilis est, quo hic homo, formaliter loquendo, intelligit. Illud autem quo aliquid operatur, sicut actio principio: potest secundum esse separari ab eo quod operatur, ut si dicamus, quod Balivus operatur per regem, quia rex movet eum ad operandum. Sed impossibile est, illud quo aliquid operatur formaliter, separari ab eo secundum esse. Quod ideo est, quia nihil agit, nisi in eo quod est actu: sic igitur aliquid formaliter operatur per aliquid, sicut eo fit actu. Non autem fit aliquid aliquid, ens actu, si fit separatum ab eo in esse. Vnde impossibile est, quod illud quo aliquid agit formaliter, fit separatum ab eo secundum esse. Ideo hoc considerantes adiautores huius opinionis, conati sunt adiuventum illud modum, quo illa substantia separata, quem intellectum possibilem dicunt: continetur, & vniatur nobiscum, ut sic eius intelligere sit nostrum intelligere. Dicunt. n. quod species intelligibilis est forma intellectus possibilis, per eam fit in actu. Huius autem species est quoddam phantasma, quod est in nobis. Sic igitur dicunt intellectum possibilem copulari nobiscum per formam suam. Sed hoc quod dictum est, nullam omnino continuationem intellectus ad nos demonstrat. Quod sic patet. Intellectus enim possibilis non est vnum cum intelligibili, nisi in eo quod intellectus est in actu, sicut neque sensus est idem cum sensibili in potentia, ut supra habitum est. Species igitur intelligibilis non est forma intellectus possibilis, nisi secundum quod est intelligibilis actu: non est autem intelligibilis actu, nisi in eo quod est aphantasmatis abstracta & remota: manifestum est igitur quod secundum quod vniatur intellectui, est remota aphantasmatis. Non igitur intellectus per hoc vniatur nobiscum. Sed manifestum est quod author huius positionis deceptus fuit per fallaciam accidentis, quasi sic arguens. Phantasmata sunt quodammodo vnum cum specie intelligibili: species autem intelligibilis est vnum cum intellectu possibili: ergo intellectus possibilis vniatur phantasmatis. Manifestum est autem, quod hic incidit fallacia accidentis, quia species intelligibilis secundum quod est vnum cum intellectu possibili, est abstracta aphantasmatis, ut dictum est. Dato tamen quod per hunc modum sit aliqua vniatio intellectus possibilis ad nos: non tamen hac vniatio faceret nos intelligentes, sed magis intellectos. Id enim, cuius similitudo est species, in virtute aliqua cognoscitiva existens, non ex hoc fit cognoscens, sed cognitum. Non enim per hoc quod species, quae est in pupilla, est similitudo coloris, qui est in pariete: color est videns: sed magis est visus. Per hoc igitur quod species intelligibilis, quae est in intellectu possibili, est similitudo quaedam phantasmatis: non sequitur quod nos simus intelligentes, sed quod nos, vel potius phantasmata nostra sint intellecta ab illa substantia separata. Sunt autem plura alia quae contra hanc positionem dici possunt, quae alibi diligentius pertractauimus. Sed hic hoc vnum sufficit, quod ad positionem hanc sequitur, quod hic homo non intelligit. Manifestum etiam est, quod haec positio contra intentionem Philosophi est. Et primo quidem, quia Philosophus hic inquit de parte animae. Sic enim hunc tractatum incipit. Vnde manifestum est quod intellectus possibilis, pars animae est, & non substantia separata. Item ex hoc quod ipse procedit ad inquirendum de intellectu, sive sit subiecto separabilis ab aliis partibus animae, sine non. Vnde patet, quod suus processus sit, etiam si intellectus subiecto non sit separabilis ab aliis partibus animae. Item per hoc quod dicit, quod in intellectu est quo anima intelligit. Haec enim omnia ostendunt, quod Aristoteles non dicit intellectum esse separatum, sicut sunt substantiae

separatae. Mirum est autem quomodo tam leuiter errauerunt, ex hoc quod dicit quod intellectus est separatus, cum ex litera sua huius rei habeatur intellectus. Dicitur enim separatus intellectus, quia non habet organum, sicut sensus. Et hoc contingit propter hoc, quia anima humana propter suam nobilitatem supergreditur facultatem materiae corporalis, & non potest totaliter includi ab ea. Vnde remanet ei aliqua actio, in qua materia corporalis non communicat. Et propter hoc potentia eius, ad hanc actionem non habet organum corporale, & sic est intellectus separatus.

LECTIO VIII.

LECTIO VIII.

Vm autem sic singula fiat ut sciens, dicitur intellectus, qui secundum actum. Hoc autem confestim accidit, cum possit operari per se ipsum. Est igitur & tunc potentia quodammodo: non tamen similiter, atque ante addiscere, aut inuenire, & ipse aut seipsum tunc potest intelligere.

Bi autem eo modo singula factus fuerit, quo qui actu est sciens appellari solet (quod iam accidit cum per se ipsum potest operari) est quidem tunc etiam quodammodo potentia, non tamen aequae, ac prius quam didicisset, aut inuenisset, atque tunc etiam ipse se potest intelligere.

Quoniam autem aliud est magnitudo & magnitudini esse, & aqua & aquae esse: & sic in multis aliis: non autem in omnibus. In intellectu possibilem dicunt: continetur, & vniatur nobiscum, ut sic eius intelligere sit nostrum intelligere. Dicunt. n. quod species intelligibilis est forma intellectus possibilis, per eam fit in actu. Huius autem species est quoddam phantasma, quod est in nobis. Sic igitur dicunt intellectum possibilem copulari nobiscum per formam suam. Sed hoc quod dictum est, nullam omnino continuationem intellectus ad nos demonstrat. Quod sic patet. Intellectus enim possibilis non est vnum cum intelligibili, nisi in eo quod intellectus est in actu, sicut neque sensus est idem cum sensibili in potentia, ut supra habitum est. Species igitur intelligibilis non est forma intellectus possibilis, nisi secundum quod est intelligibilis actu: non est autem intelligibilis actu, nisi in eo quod est aphantasmatis abstracta & remota: manifestum est igitur quod secundum quod vniatur intellectui, est remota aphantasmatis. Non igitur intellectus per hoc vniatur nobiscum. Sed manifestum est quod author huius positionis deceptus fuit per fallaciam accidentis, quasi sic arguens. Phantasmata sunt quodammodo vnum cum specie intelligibili: species autem intelligibilis est vnum cum intellectu possibili: ergo intellectus possibilis vniatur phantasmatis. Manifestum est autem, quod hic incidit fallacia accidentis, quia species intelligibilis secundum quod est vnum cum intellectu possibili, est abstracta aphantasmatis, ut dictum est. Dato tamen quod per hunc modum sit aliqua vniatio intellectus possibilis ad nos: non tamen hac vniatio faceret nos intelligentes, sed magis intellectos. Id enim, cuius similitudo est species, in virtute aliqua cognoscitiva existens, non ex hoc fit cognoscens, sed cognitum. Non enim per hoc quod species, quae est in pupilla, est similitudo coloris, qui est in pariete: color est videns: sed magis est visus. Per hoc igitur quod species intelligibilis, quae est in intellectu possibili, est similitudo quaedam phantasmatis: non sequitur quod nos simus intelligentes, sed quod nos, vel potius phantasmata nostra sint intellecta ab illa substantia separata. Sunt autem plura alia quae contra hanc positionem dici possunt, quae alibi diligentius pertractauimus. Sed hic hoc vnum sufficit, quod ad positionem hanc sequitur, quod hic homo non intelligit. Manifestum etiam est, quod haec positio contra intentionem Philosophi est. Et primo quidem, quia Philosophus hic inquit de parte animae. Sic enim hunc tractatum incipit. Vnde manifestum est quod intellectus possibilis, pars animae est, & non substantia separata. Item ex hoc quod ipse procedit ad inquirendum de intellectu, sive sit subiecto separabilis ab aliis partibus animae, sine non. Vnde patet, quod suus processus sit, etiam si intellectus subiecto non sit separabilis ab aliis partibus animae. Item per hoc quod dicit, quod in intellectu est quo anima intelligit. Haec enim omnia ostendunt, quod Aristoteles non dicit intellectum esse separatum, sicut sunt substantiae

fit in actu: ibi quodammodo intellectus in actu reducatur, dicens. Dicitur enim, quod anima intellectiva non est actu ipsa species, sed in potentia tantum. Cum autem sic fiat singula, id est sic reducatur in actum specierum intelligibilium: quemadmodum sciens, id est habens scientiam habitum, habet species in actu, & tunc dicitur intellectus, qui est secundum actum. Hoc autem accidit statim, cum aliquis potest per seipsum operari operationem intellectus, quae est ipsum intelligere, sicut & quamlibet formam tunc aliquis in actu habet, quando potest operationem illius formae explere. Sed licet tunc intellectus quodammodo sit in actu, quando habet species intelligibiles, sicut sciens habet habitum: est tamen, & tunc quodammodo in potentia: non tamen eodem modo, sicut prius erat in potentia, antequam scientiam acquireret, addiscendo, vel inueniendo. Nam antequam haberet habitum scientiae, qui est primus actus, non poterat operari cum velle: sed oportebat, quod ab altero reduceretur in actum: sed quando iam habet habitum scientiae, qui est actus primus: potest, cum voluerit, procedere in actum secundum, qui est operatio. Manifestum est autem ex hoc quod hic dicitur: falsam esse opinionem Auicennae, quam habet de speciebus intelligibilibus, contra opinionem Aristotelis. Ponit enim Auicenna, quod species non conseruantur in intellectu possibili, nec sunt in eo, nisi quando actu intelligit. Sed oportet secundum ipsum quod quodcumque intelligit actu, quod conuertat se ad intelligentiam separatam agentem, a qua essent in intellectu possibilem intelligibiles species. Contra quod manifeste hic Philosophus dicit, quod intellectus reducitur in actum specierum, per modum quo sciens actu, adhuc est in potentia intelligens. Cum enim intellectus actu intelligit: species intelligibiles sunt in eo in actu perfectum: cum autem habet habitum scientiae: sunt species in ipso intellectu, medio modo inter potentiam puram & actum purum. Et quia dixerat quod quando intellectus fit quodammodo in actu, secundum singula eorum ad quae erat in potentia: tunc potest intelligere, respectu autem sui nullo modo erat in potentia: postea aliquis credere, quod factus in actu, seipsum non intelligeret: & ideo ad hoc excludendum subiungit, quod intellectus factus in actu, non solum potest intelligere alia: sed etiam tunc potest intelligere seipsum. Deinde cum dicit.

LECTIO VIII.

Ostendam Philosophus de terminata de intellectu possibile, qui est in potentia ad intelligibilia: hic ostendit quomodo in actu reducatur. Et primo ostendit, quod intellectus aliquando fit in actu. Secundo ostendit quod sit proprium obiectum eius, respectu cuius

ostendit quomodo intellectus in actu reducatur, dicens. Dicitur enim, quod anima intellectiva non est actu ipsa species, sed in potentia tantum. Cum autem sic fiat singula, id est sic reducatur in actum specierum intelligibilium: quemadmodum sciens, id est habens scientiam habitum, habet species in actu, & tunc dicitur intellectus, qui est secundum actum. Hoc autem accidit statim, cum aliquis potest per seipsum operari operationem intellectus, quae est ipsum intelligere, sicut & quamlibet formam tunc aliquis in actu habet, quando potest operationem illius formae explere. Sed licet tunc intellectus quodammodo sit in actu, quando habet species intelligibiles, sicut sciens habet habitum: est tamen, & tunc quodammodo in potentia: non tamen eodem modo, sicut prius erat in potentia, antequam scientiam acquireret, addiscendo, vel inueniendo. Nam antequam haberet habitum scientiae, qui est primus actus, non poterat operari cum velle: sed oportebat, quod ab altero reduceretur in actum: sed quando iam habet habitum scientiae, qui est actus primus: potest, cum voluerit, procedere in actum secundum, qui est operatio. Manifestum est autem ex hoc quod hic dicitur: falsam esse opinionem Auicennae, quam habet de speciebus intelligibilibus, contra opinionem Aristotelis. Ponit enim Auicenna, quod species non conseruantur in intellectu possibili, nec sunt in eo, nisi quando actu intelligit. Sed oportet secundum ipsum quod quodcumque intelligit actu, quod conuertat se ad intelligentiam separatam agentem, a qua essent in intellectu possibilem intelligibiles species. Contra quod manifeste hic Philosophus dicit, quod intellectus reducitur in actum specierum, per modum quo sciens actu, adhuc est in potentia intelligens. Cum enim intellectus actu intelligit: species intelligibiles sunt in eo in actu perfectum: cum autem habet habitum scientiae: sunt species in ipso intellectu, medio modo inter potentiam puram & actum purum. Et quia dixerat quod quando intellectus fit quodammodo in actu, secundum singula eorum ad quae erat in potentia: tunc potest intelligere, respectu autem sui nullo modo erat in potentia: postea aliquis credere, quod factus in actu, seipsum non intelligeret: & ideo ad hoc excludendum subiungit, quod intellectus factus in actu, non solum potest intelligere alia: sed etiam tunc potest intelligere seipsum. Deinde cum dicit.

Tex. 60.8.

Tex. 60.11.

non est idem quiditas hominis albi, & homo albus: quia quiditas hominis albi non continet in se, nisi quod pertinet ad spem hominis, sed hoc quod dico, homo albus habet aliquid in se, praeter illud quod est de specie humana. Hoc autem contingit in omnibus habentibus formam in materia, quod in eis est aliquid, praeter principia speciei. Nam natura speciei indiuiduatur per materiam, vnde principia indiuiduantia, & accidentia indiuidui sunt praeter essentiam speciei. Et ideo contingit sub vna specie inueniri plura indiuidua: quae licet non differant in natura speciei: differunt tamen secundum principia indiuiduantia. Et propter hoc in omnibus habentibus formam in materia: non est omnino idem & res & quodquid est eius. Socrates enim non est sua humanitas. In his vero quae non habent formam in materia, sicut sunt formae simplices: nihil potest esse, praeter essentiam speciei: quia ipsa forma est tota essentia. Et ideo in talibus non possunt esse plura indiuidua vnius speciei: nec potest in eis differre res & quodquid est eius. Considerandum est etiam, quod non solum naturalia habent speciem in materia: sed etiam mathematica. Est enim duplex materia, scilicet sensibilis, a qua abstrahunt mathematica: & concernunt eam naturalia, & intelligibilia, quae mathematica concernunt. Quod quidem sic intelligendum est. Manifestum est enim, quod quantitas immediate inheret substantiae, qualitates autem sensibiles in quantitate fundantur: ut album & nigrum: calidum & frigidum. Remota autem posteriori remanet prius: vnde remotis qualitatibus sensibilibus secundum intellectum, adhuc remanet quantitas continua in intellectu. Quaedam ergo sunt formae, quae materiam requirunt sub determinata dispositione sensibilium qualitatum: & huiusmodi sunt omnes formae naturales: & idcirco naturalia concernunt materiam sensibilem. Quaedam vero sunt formae, quae non exigunt materiam sub determinata dispositione sensibilium qualitatum: tamen requirunt materiam sub quantitate existentem, sicut triangulus, & quadratum: & huiusmodi: & haec dicuntur mathematica: & abstrahunt a materia sensibili, sed non a materia intelligibili: in quantum in intellectu remanet continua quantitas, abstracta a sensibili qualitate. Sic ergo patet quod sicut naturalia habent formam in materia: ita & mathematica: & propter hoc tam in naturalibus quam in mathematicis, differunt res & quodquid est, vnde in vtriusque inueniuntur plura indiuidua sub vna specie: sicut enim sunt plures homines vnius speciei, ita & plures trianguli sub vna specie. His igitur habitibus, planum est accipere ex litera Philosophi intellectum. Dicit enim, quod aliud est quod magnitudo & magnitudinis esse: id est aliud est magnitudo, & quodquid est eius. Esse enim quod est magnitudo: appellat quiditatem eius. Et similiter aliud est aqua & aquae esse: & sic est in multis alijs, id est in omnibus mathematicis, & naturalibus. Vnde signanter duo exempla posuit. Nam magnitudo est quid mathematicum: aqua autem quid naturale. Non autem hoc contingit in omnibus. Nam in his, quae omnino sunt separata a materia, idem est res, & quodquid est eius. Et quia substantiae separatae ignotae sunt nobis, non potuit eas nominare proprijs nominibus, sicut mathematica & naturalia: sed nominata ea sub exemplo rerum naturalium. Et hoc est quod subdit, quod in quibusdam, idem est carni esse & carni: ex quo non intelligit quod sit idem caro, & quodquid est eius. Non enim dicitur in quibusdam esse, sed simpliciter diceret quod idem est caro & carni esse. Sed intelligit quod hoc, quod sic dicitur aliquid & alicui, ut caro & carni esse, id est in quibusdam, scilicet in his, quae sunt a materia separata. Et quia ad diuersa cognoscenda diuersae potentiae cognoscitivae requiruntur, concludit quod anima aut cognoscit alio rem, & alio eius quidditatem, aut vno & eodem, sed alio modo se habente. Manifestum est autem, quod caro non est sine materia, sed forma carnis est forma determinata, & in materia determinata sensibili: sicut etiam simum ha-

ber subiectum sensibile determinatum, scilicet nasum. Hanc igitur naturam sensitiuam cognoscit anima per sensum. Et hoc est quod subdit, quod anima iudicat potentia sensitiua, calidum & frigidum, & alia huiusmodi quorum ratio. Id est proportio quaedam caro est. Forma enim carnis requirit determinatam proportionem calidi & frigidi, & aliorum huiusmodi. Sed oportet quod alia potentia discernat esse carnis, id est quodquid est carnis. Sed hoc contingit dupliciter: Vno modo sic, quod ipsa caro, vel quidditas carnis cognoscatur omnino potentijs abinuicem diuersis: puta quod potentia intellectiva cognoscatur quidditas carnis: potentia sensitiua cognoscatur caro: & hoc contingit quando anima per se cognoscit singulare: & per se cognoscit naturam speciei. Alio modo contingit quod cognoscitur caro, & quodquid est carnis, non quod sit alia, & alia potentia, sed quia vna & eadem potentia, alio & alio modo cognoscit carnem, & quodquid est eius, & illud oportet esse, cum anima comparat vniuersale ad singulare. Sicut enim supra dictum est, quod non possimus sentire differentiam dulcis & albi, nisi esset vna potentia sensitiua communis, quae cognosceret vtrumque, ita etiam non possemus cognoscere comparationem vniuersalis ad particularem, nisi esset vna potentia, quae cognosceret vtrumque. Intellectus igitur vtriusque cognoscit, sed alio & alio modo. Cognoscit enim naturam speciei, sive quodquid est, directe extendendo seipsum, ipsum autem singulare, per quandam reflexionem, in quantum redit super phantasmata, a quibus species intelligibiles abstrahuntur. Et hoc est quod dicit, quod sensitiua cognoscit carnem alio modo: id est alia potentia discernit esse carni, id est quodquid est carnis: aut separata: puta cum caro cognoscitur sensu, & esse carnis intellectu, aut eodem aliter se habente, scilicet sicut circumflexa se habet ad seipsum: anima intellectiva cognoscit carnem quae cum extensa sit, discernit esse carni, id est directe apprehendit quidditatem carnis, per reflexionem autem, ipsam carnem. Deinde cum dicit.

Rursus in ista qua in abstractione consistunt, rectum est ut simum: cum continuo enim est. ipsum autem quid eratesse, si diuersum est recto esse & rectum, aliud est: sit enim dualitas, alio ergo aut aliter se habente indicat. Omnino ut res separata

C Iterum autem in his, quae in abstractione sunt, rectum est sicut simum. Cum continuo enim est. Quod autem quid erat esse, si est alterum: recto esse, & rectum, alio: Sit enim dualitas. Aliter itaque, aut aliter habente

C Quod supra dixerat in naturalibus, exponit in mathematicis dicens, quod iterum in his quae sunt per abstractionem, id est in mathematicis, quorum ratio abstrahit a materia sensibili, rectum se habet sicut simum. Haec enim mathematica habent materiam, sicut & naturalia. Rectum enim mathematicum est, simum autem naturale. Ratio enim recti est cum continuo, sicut ratio simi cum naso. Continuum autem est materia intelligibilis, sicut simum materia sensibilis. Vnde manifestum est, quod aliud est in mathematicis res, & quodquid eratesse, ut rectum, & recto esse, vnde oportet quod alio cognoscat quodquid erat esse horum, & alio ipsa. Et supponamus ad praesens, exempli causa, cum Platone, quod dualitas sit quodquid erat esse lineae rectae, Plato enim ponebat, quod numeri erant species, & quidditates mathematicorum, puta vnitatis lineae, dualitas lineae rectae, & sic de alijs. Oportet igitur, quod anima alio cognoscat ipsa mathematica & quidditates eorum, aut eodem aliter se habente. Vnde sicut per naturalia ostenditur, quod intellectus qui cognoscit quidditates naturalium, sit alius a sensu, qui cognoscit naturalia singularia, ita ex mathematicis ostenditur, quod intellectus qui cognoscit quodquid est ipsum, sit alius ab imaginatiua virtute quae apprehendit ipsa mathematica. Et quia posset aliquis dicere, quod eodem modo intelligerentur mathematica & naturalia, subiungit quod sicut res sunt separabiles a materia, ita se habent ad intellectum. Vnde illa quae sunt secundum esse separata a materia sensibili, solo intellectu percipi possunt, quae autem non sunt separata a materia sensibili secundum esse, sed secundum rationem, intelliguntur absque materia sensibili, non autem absque materia intelligibili. Naturalia vero intelliguntur per abstractionem a materia indiuiduali, non autem per abstractionem a materia sensibili totaliter. Intelligitur enim homo, ut compositus ex carnis & ossibus, per abstractionem tamen ab his carnis, & ossibus

Lec. 3. 11.

His omnibus. Et inde est, quod intellectus non cognoscit directe singularia, sed sensus vel imaginatio. Apparet autem ex hoc quod Philosophus hic dicit: quod proprium obiectum intellectus, est quidditas rei, quæ non est separata a rebus, ut Platonici posuerunt. Unde illud, quod est obiectum intellectus nostri, non est aliquid extra res sensibiles existens, ut Platonici potuerunt, sed aliquid in rebus sensibilibus existens, licet intellectus apprehendat alio modo quidditates rerum, quam sint in rebus sensibilibus. Non enim apprehendit eas, cum conditionibus individuantiibus, quæ eis in rebus sensibilibus adiunguntur. Et hoc sine falsitate intellectus, contingere potest. Nihil enim prohibet duorum adiunctorum, unum intelligi absque hoc quod intelligatur aliud. Sicut visus apprehendit colorem, absque hoc quod apprehendat odorem, non tamen absque hoc quod apprehendat magnitudinem, quæ est proprium subiectum coloris. Unde & intellectus potest intelligere aliquam formam absque individuantiibus principijs, non tamen absque materia a qua dependet ratio illius formæ, sicut non potest intelligere simum sine naso, sed potest currum sine naso intelligere. Et quia hoc non distinxerunt Platonici, posuerunt quod mathematica, & quidditates rerum sunt separate in esse, sicut sunt separate in intellectu. Manifestum est etiam, quod species intelligibiles quibus intellectus possibilis fit in actu, non sunt obiectum intellectus. Non enim se habent ad intellectum sicut quod intelligitur, sed sicut quo intelligitur. Sicut enim species, quæ est in visu, non est quod videtur, sed quo visus videt, quod autem videtur est color, qui est in corpore: similiter quod intellectus intelligit est quidditas, quæ est in rebus, non autem species intelligibilis, nisi in quantum intellectus in seipsum reflectitur. Manifestum est enim, quod scientiæ suæ de his, quæ intellectus intelligit: sunt autem scientiæ de rebus, non autem de speciebus vel intentionibus intelligibilibus, nisi sola scientia rationalis. Unde manifestum est, quod species intelligibilis non est obiectum intellectus, sed quidditas rei intellectæ. Ex quo patet nullam esse rationem quorundam volentium ostendere, quod intellectus possibilis sit vnus in omnibus, ex hoc quod idem est intellectus ab omnibus, cum oporteat esse plures numero species intelligibiles, si sunt plures intellectus. Non enim est species intelligibilis, ipsum intellectum, sed similitudo eius in anima, & ideo si sint plures intellectus habentes similitudinem vnus & eiusdem rei, erit eadem res intellecta apud omnes. Et præter hoc manifestum est, quod etiam substantiæ separate intelligunt quidditates rerum naturalium, quas non intelligimus, & earum intellectus diuersi sunt. Unde si eorum ratio esset efficax, non euitaretur inconueniens quod concludunt, per hoc quod ponit vnus intellectum in omnibus hominibus. Non enim possunt ponere vnus intellectum in omnibus intelligentibus.

LECTIO IX.

Dubirant autem vtiq; aliquis, si intellectus simplex est & impassibilis, & nulli aliquid habet commune, sicut dixit Anaxagoras, quomodo intelliget, si intelligere pati aliquid est? In quantum enim aliquid commune vtriusque est, hoc quidem agere, illud vero pati videtur.

Amplius autem, si intelligibilis & ipse, aut alijs inerit intellectus, si non secundum aliud ipse intelligibilis est. vnum autem quoddam secundum speciem est intelligibile, aut mixtum aliquid habebit, quod facit intelligibilem ipsum, sicut alia.

Aut pati secundum commune aliquid: diuisum est prius. Potentia quodammodo est intelligibilia intellectus: sed actu nihil, antequam intelligat. Oportet autem sic, sicut in tabula nihil est scriptum actu, quod quidem accidit in intellectu.

re duobus modis. Vno modo, quod sit intelligibilis secundum se, & non secundum aliud. Alio modo, quod habet aliquid sibi adiunctum, quod faciat ipsum intelligibilem. Si autem secundum se ipsum est intelligibilis, & non secundum aliud, intelligibile autem in quantum huiusmodi est vnus in specie, sequetur si hoc non solum est intelligibile, sed intellectus, quod etiam alia intelligibilia sint intellectus, & ita omnia intelligibilia intelligunt. Si autem est intelligibilis per hoc, quod habet aliquid aliud sibi adiunctum, sequetur quod habeat aliquid quod faciat ipsum intelligibilem, sicut & alia quæ intelliguntur, & ita videtur sequi idem quod prius, scilicet quod semper id quod intelligitur, intelligat. Deinde cum dicitur.

LECTIO IX.

Ostendit Philosophus naturam intellectus possibilis, & obiectum eius, hic mouet quædam dubitationes circa prædeterminata. Et diuidit in duas partes. Et primo ponit dubitationes. Secundo soluit eas, sicut & supra dixit, quod sensibile in actu, & sensus in actu, sunt vnus. Est autem aliquid intelligibile in actu, per hoc quod est in actu a materia abstractum: sicut enim supra dixit, quod sicut res sunt separabiles a materia, sic sunt & quæ sunt circa intellectum. Et ideo hic dicit quod in his quæ sunt sine materia, id est si accipiamus intelligibilia actu, id est intellectus, & quod intelligitur sicut id est sentiens in actu, & quod sentitur in actu. Ipsa enim scientia speculatiua, & sic scibile, id est scibile in actu, est idem. Species igitur rei intellectæ in actu, est species ipsius intellectus, & sic per eam seipsum intelligere potest. Unde & supra Philosophus per ipsum intelligere, & per illud quod intelligitur scrutatus est naturam intellectus possibilis. Non enim cognoscimus intellectum nostrum, nisi per hoc, quod intelligimus nos intelligere. Accidit autem hoc in intellectu possibili, quod non intelligatur per essentiam suam, sed per speciem intelligibilem, ex hoc quod est potentia tantum in ordine intelligibilium. Ostendit enim Philosophus in 9. Metaph. quod nihil intelligitur, nisi secundum quod est in actu. Et potest accipi simile in rebus sensibilibus. Nam id quod est in potentia tantum in eis scilicet materia prima, non habet aliquam actionem per essentiam suam: sed solum per formam ei adiunctam. Substantiæ autem sensibiles quæ sunt, secundum aliquid in actu, & secundum aliquid in potentia: secundum seipsas habent aliquam actionem. Similiter intellectus possibilis, qui est tantum in potentia in ordine intelligibilium non intelligit, neque intelligitur: nisi per speciem in eo susceptam. Deus autem, qui est purus actus in ordine intelligibilium, & aliæ substantiæ separate quæ sunt mediæ inter potentiam & actum, per suam essentiam, & intelligunt & intelliguntur. Deinde cum dicitur.

LECTIO IX.

Ed querat quispiam, si intellectus est simplex & impassibilis, nec cum ullo quiddam habet commune, ut dixit Anaxagoras, quomodo intelliget, si intelligere pati quoddam est? nam quatenus commune quiddam vtriusque est, alterum agere, alterum pati videtur.

Præterea, an ipse quoque intelligibilis sit, vel enim cæteris etiam inerit intellectus, si non ipse per aliud est intelligibilis, ac intelligibile vnum quoddam est specie, vel aliquid mixtum habebit, quod eum ut reliqua reddat intelligibilem.

An ipsum quidem pati commune quiddam notionem superius explicatum est, quod intellectus potentia quodammodo est intelligibilis, actu vero nullum, antequam intelligat. oportet autem veluti in codice nihil esse actu descriptum, quæ res accidit in intellectu.

Mnino igitur sicut praedictum est, in quantum appetitum animal, sic sui ipsius motiuum est. Appetituum autem non sine phantasia. Phantasia autem omnis aut rationalis aut sensibilis est. Haec igitur & alia animalia participant. Considerandum autem est de imperfectis, quid mouens est, quibus sensus tactus solus inest, vbi contingat phantasia & concupiscentia inesse his, an non. Videtur enim latitia & tristitia inesse. Si autem haec, & concupiscentiam necesse est. Phantasia autem quomodo vtique inerit? An sicut mouetur indeterminate, & haec iusunt quidem, indeterminate autem insunt. c Sensibilis igitur phantasia, sicut dictum est, & in aliis animalibus...

Tex. 65. 57.

quod non mouetur, est bonum actuale quod mouet appetitum. prout est intellectum vel imaginatum. Sed mouens motu, est ipse appetitus, quia omne quod appetit, in quantum appetit mouetur, & ipsum appetere est quidam actus vel motus, prout motus est actus per se. prout dicitur est de operatione sensus & intellectus. Quod autem mouetur, est animal. Organum autem quo appetitus mouet, est aliud quod corporeum, scilicet quod est primum organum motus, & ideo de hmoi organo considerandum est in operatione hmoi organo motus & corporis. De terminat. n. de hoc in Libro de Causa motus animalium. In hoc libro intendit determinare de anima hmoi. Deinde cum dicitur. Summarie determinat de organo motus localis, & dicit in summa, quod primum mouens organice oportet rationale esse, vt in eodem sit & principium & finis motus, sicut in quadam circulatione, in qua est gibbosum & concavum quorum vnum est quasi finis, & aliud quod principium. Nam concavum est sicut finis, gibbosum autem videtur esse sicut principium motus. Secundum concavum rem enim contrahitur in seipso, & in gibbosum vero acceditur eius dilatatio, prout ab ipso sit principium motus & pulsus. Er quia in ipso est principium motus & finis principium autem motus oportet esse immobile in vnoquoque motu, sicut cum mouetur manus, quiescit brachium, & cum mouetur brachium quiescit humerus, & sic omnis motus ab aliquo immobili procedit, oportet quod in ipso organo motus quod est cor, sit aliqd quiescens, in quantum est principium motus, & aliud quod mouetur, in quantum motus terminatur ad ipsum. Er haec duo in ipso, quiescens & motus sunt diuersa ratione, licet subiecto & magnitudine sint ab inuicem inseparabilia. Er oportet ibi esse principium motus, & finis, & per consequens quiescens & mobile, manifestum est ex hoc quod omnis motus animalis componitur ex pulsu & tractu. In pulsu autem id quod est mouens, est tantum principium motus, quia pellens elongat a se id quod pellitur, sed in tractu, id quod mouet est terminus motus quia trahens ad se mouet id quod trahitur. Er propter hoc oportet quod primum organum motus localis in animalibus, sit principium motus, & vt terminus. Er ideo oportet quod in eo sit aliquid manens, & tamen quod incipiat motus, sicut apparet in motu circulari. Nam corpus quod circulariter mouetur per immobilitatem centri, & polorum, non mutat totaliter locum nisi forte ratione, sed in toto manet in eodem loco in subiectum, partes autem variant locum subiecto, & non ratione tantum, sicut est in omni motu cordis. Na cor in eadem parte corporis confixum manet, sed mouetur secundum dilationem & contractionem, vt caeteri motus pulsu & tractu, & sic quodammodo est mobile, & quodammodo quiescens.

Tex. 65. 48

dit quid sit eoe omnibus animalibus participatibus motum. Secundo quo principium motuum inueniatur in animalibus imperfectis. ibi. Considerandum autem de imperfectis. Tertio ostendit quo hoc principium motus sit in animalibus perfectissimo quod est homo, differenter ab aliis animalibus, ibi. Sensibilis quidem. Ergo primo, quod omne animal in quantum est appetituum, sic est simpliciter motiuum. Na appetitus est causa propria motus. Sed appetituum non est sine phantasia, quae vel rationalis, vel sensibilis, Sensibili autem phantasia, alia a rationali ab homine participant, non autem rationali phantasia. Considerandum autem est, quod sicut supra dictum est, sicut sub intellectu phantasia comprehenditur, ita etiam phantasia vtriusque intellectus extendit, & quens nominis rationem. Nam phantasia apparet autem aliquid esse, apparet autem aliquid esse, sensum, & in rationem. Phantasia habet suam operationem in absentia sensibili, vt ratio & intellectus. Deinde cum dicitur. Ostendit quod sit principium motus in animalibus imperfectis. Er dicuntur animalia imperfecta, quibus inest solus sensus tactus. Er dicitur, quod considerandum est, quid moueat ea, vt motus sit phantasia & concupiscentia, vel non. Vnde dicitur autem quod in eis videtur esse latitia & tristitia. Retrahunt enim se, cum ab aliquo nocivo tanguntur, & aperunt se, & exierunt in illud quod eis conueniens, quod non fieret, nisi in eis esset dolor & desiderium. Si haec autem in eis...

ergo primo, quod omne animal in quantum est appetituum, sic est simpliciter motiuum. Na appetitus est causa propria motus. Sed appetituum non est sine phantasia, quae vel rationalis, vel sensibilis, Sensibili autem phantasia, alia a rationali ab homine participant, non autem rationali phantasia. Considerandum autem est, quod sicut supra dictum est, sicut sub intellectu phantasia comprehenditur, ita etiam phantasia vtriusque intellectus extendit, & quens nominis rationem. Nam phantasia apparet autem aliquid esse, apparet autem aliquid esse, sensum, & in rationem. Phantasia habet suam operationem in absentia sensibili, vt ratio & intellectus. Deinde cum dicitur. Ostendit quod sit principium motus in animalibus imperfectis. Er dicuntur animalia imperfecta, quibus inest solus sensus tactus. Er dicitur, quod considerandum est, quid moueat ea, vt motus sit phantasia & concupiscentia, vel non. Vnde dicitur autem quod in eis videtur esse latitia & tristitia. Retrahunt enim se, cum ab aliquo nocivo tanguntur, & aperunt se, & exierunt in illud quod eis conueniens, quod non fieret, nisi in eis esset dolor & desiderium. Si haec autem in eis...

LECTIO XVI.

Summam sicut diximus, animal qua appetituum est, eatenus sui ipsius motiuum est. Appetituum autem sine phantasia non est, phantasia porro omnibus, aut vniuerso praedita est, aut sensitiua, atque haec quidem reliqua ei animalia participant. Sed de imperfectis etiam considerandum est, quid sit quod ea moueat, quibus sensus duntaxat tactus inest: utrum fieri possit in phantasia et cupiditas in eis inest, an non? nam & dolorem & voluptatem inesse apparet, quod si haec insunt, & cupiditatem inesse necesse est. Atque phantasia quomodo inerit? an quomodo mouetur indeterminate, haec etiam, insunt illa quidem, vtrum indeterminate insunt. Sensitiua igitur phantasia (quomodo mouetur, dictum est) reliquis etiam inest...

Summam sicut diximus, animal qua appetituum est, eatenus sui ipsius motiuum est. Appetituum autem sine phantasia non est, phantasia porro omnibus, aut vniuerso praedita est, aut sensitiua, atque haec quidem reliqua ei animalia participant. Sed de imperfectis etiam considerandum est, quid sit quod ea moueat, quibus sensus duntaxat tactus inest: utrum fieri possit in phantasia et cupiditas in eis inest, an non? nam & dolorem & voluptatem inesse apparet, quod si haec insunt, & cupiditatem inesse necesse est. Atque phantasia quomodo inerit? an quomodo mouetur indeterminate, haec etiam, insunt illa quidem, vtrum indeterminate insunt. Sensitiua igitur phantasia (quomodo mouetur, dictum est) reliquis etiam inest...

matum. Omne autem corpus generabile & corruptibile, est tangibile, & dico tangibile quod est sensibile tactu. Corpora autem celestia quae sunt ingenerabilia & incorruptibilia, non sunt tangibilia. Non enim sunt de natura elementorum, ut possint habere qualitates elementares, quae sunt qualitates tangibiles. Sed omnia corpora corruptibilia necesse est habere qualitates tangibiles, cum sint vel elementa simplicia, vel ex elementis composita. Et ex hoc concluditur quod necesse est corpus animalis habere sensum tactus, si debeat saluari corpus animalis, quia cum corpus animalis sit tangibile, id est habens tangibiles qualitates, & similiter corpora quae ipsum tangunt, immutari potest corpus animalis ab his quae ipsum tangunt, naturali immutatione usque ad suam corruptionem. Aliter autem est de aliis sensibus quae sentiuntur per alia media, & non tangendo, sicut olfactus, visus & auditus. Unde illa sensibilia cum sint remota, non tangunt corpus animalis, nec possunt alterare ipsum ad corruptionem, sicut tangibilia. Et ideo nisi animal haberet sensum tactus, per quem discerneret convenientia a corruptiis, non posset hunc fugere, & illa accipere & ita non posset saluari animal. Necessarium est igitur ad salutem animalis, quod habeat sensum tactus. Deinde cum dicitur: **g** Ostendit idem de gustu. Quod gustus est sicut tactus quidam. Est enim gustus alimentum, quo discernitur alimentum, utrum sit conveniens vel non. Alimentum autem est quoddam corpus tangibile. Nutrit enim ex hoc quod est calidum, humidum, frigidum, & siccum. Ex eisdem enim nutritur, ex quibus sumus. Sed sonus, color, & odor, nihil faciunt ad alimentum, neque ad augmentum, vel ad decrementum. Sapor autem confertur ad alimentum, in quantum est sequela complexio. Sic igitur patet quod gustus est quidam tactus, quia est sensus alicuius tangibilis & vegetatiui, id est nutritivi. Et sic patet quod si sensus necessarii sunt animali. Ex quo etiam manifestum est quod animal non potest esse sine tactu. Deinde cum dicitur: **h** Ostendit, quod alii sensus non insunt omnibus animalibus sed quibusdam. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit propositum. Secundo manifestat quoddam quod dixerat, ibi: **h** Sicut enim movens, dicitur ergo primo, quod alii sensus, scilicet visus, auditus, & olfactus, conveniunt animali non per necessitatem, sed propter bene esse. Sed necesse est eos inesse non cuilibet generi animalium, sed quibusdam, scilicet quae movetur motu processivo, quia si debet huiusmodi animal saluari, non solum debet sentire id quod tangit, sed debet sentire id quod est a longe, quia ad aliquid remotum movetur. Hoc autem scilicet, quod sentiat aliquid a longe, erit si habeat sensum qui sentiant per medium, eo quod medium patitur, & movetur a sensibili, sensus autem a medio. Et hoc ostendit consequenter cum dicitur: **i** Ostendit per simile in motu locali. Videmus enim, quod movens secundum locum, facit permutationem usque ad aliquem determinatum locum, quia quod primo depellit tacit ut illud de pulsione, iterum depellit aliud, & sic primum depellens movet tertium per medium, & primum quidem movens depellit, sed non depellitur. Ultimum autem ubi terminatur motus, depellitur sed non depellit. Medium autem habet utrumque, scilicet quod depellit, & depellitur, & contingit multa media esse talia. Et sicut hoc est in motu locali ita contingit in alteratione, quod sit primum movens & ultimum motum, & medium quod sit movens & motum. Sed in hoc tamen differt, quod primum alterans manet secundum locum dum alterat, quod non contingit dici de pellente. Et ponit exemplum, sicut si aliquis tangat ceram liquefactam, usque ad illum terminum mota est, quousque per actionem caloris actio tangens pertingit. Sed lapis quia durus est non est susceptivus talis impressionis. In aqua autem talis actio magis protenditur, quousque in cera. Sed adhuc aer qui est passibilior, in maxime remotum movetur, & facit & patitur, ut medium existens, dum modo maneat & sit vnus, ut si non terrumpatur per aliquod obstaculum interpositum. Et ideo circa repercussionem sensus, melius est dicere quod aer patitur a figura & colore, quousque permanet vnus & continuus quod contingit quando est lenis, & non interruptus, quod quod radii egredientes a visu, repercutiantur a visibili, ut Platonici posuerunt. Et ideo aer sic motus a figura & colore, movetur visum, in quantum visibile immutat totum aerem usque ad visum. Et esset simile de cera & sigillo, si figura sigilli imprimeretur in ceram usque ad ultimum terminum eius sicut visibile imprimit speciem suam in aerem usque ad visum.

cessarium est eos inesse non cuilibet generi animalium, sed quibusdam, scilicet quae movetur motu processivo, quia si debet huiusmodi animal saluari, non solum debet sentire id quod tangit, sed debet sentire id quod est a longe, quia ad aliquid remotum movetur. Hoc autem scilicet, quod sentiat aliquid a longe, erit si habeat sensum qui sentiant per medium, eo quod medium patitur, & movetur a sensibili, sensus autem a medio. Et hoc ostendit consequenter cum dicitur: **i** Ostendit per simile in motu locali. Videmus enim, quod movens secundum locum, facit permutationem usque ad aliquem determinatum locum, quia quod primo depellit tacit ut illud de pulsione, iterum depellit aliud, & sic primum depellens movet tertium per medium, & primum quidem movens depellit, sed non depellitur. Ultimum autem ubi terminatur motus, depellitur sed non depellit. Medium autem habet utrumque, scilicet quod depellit, & depellitur, & contingit multa media esse talia. Et sicut hoc est in motu locali ita contingit in alteratione, quod sit primum movens & ultimum motum, & medium quod sit movens & motum. Sed in hoc tamen differt, quod primum alterans manet secundum locum dum alterat, quod non contingit dici de pellente. Et ponit exemplum, sicut si aliquis tangat ceram liquefactam, usque ad illum terminum mota est, quousque per actionem caloris actio tangens pertingit. Sed lapis quia durus est non est susceptivus talis impressionis. In aqua autem talis actio magis protenditur, quousque in cera. Sed adhuc aer qui est passibilior, in maxime remotum movetur, & facit & patitur, ut medium existens, dum modo maneat & sit vnus, ut si non terrumpatur per aliquod obstaculum interpositum. Et ideo circa repercussionem sensus, melius est dicere quod aer patitur a figura & colore, quousque permanet vnus & continuus quod contingit quando est lenis, & non interruptus, quod quod radii egredientes a visu, repercutiantur a visibili, ut Platonici posuerunt. Et ideo aer sic motus a figura & colore, movetur visum, in quantum visibile immutat totum aerem usque ad visum. Et esset simile de cera & sigillo, si figura sigilli imprimeretur in ceram usque ad ultimum terminum eius sicut visibile imprimit speciem suam in aerem usque ad visum.

gibile, Tangibile autem quod sensibile tactu, necesse est animalis corpus tactu esse si debet saluari animal. Alii enim sensus per altera sentiunt, ut olfactus, visus, auditus. Tactum autem nisi habeat sensum, non haec quidem poterit fugere, illa autem accipere. Si vero haec, impossibile est saluari animal.

est quod est tactu sensibile, necesse est etiam animalis corpus, tactuum esse, si saluum futurum est animal. ceteri namque sensus per alia sentiunt, ut odoratus, visus, auditus, quod si tangendo non sentiet, alia vitare, alia parare non poterit, quod si ita est, fieri non poterit ut conservetur animal.

g Propter quod & gustus est, sicut tactus quidam, alimentum autem, corpus tangi possibile. Sonus autem, & color & odor non alunt, neque faciunt augmentum, neque decrementum. Quare & gustu necesse est tactu esse quendam, quia tangibilis & vegetatiui sensus est. Hi quidem igitur necessarii sunt animali. Quo & manifestum, quod non possibile sine tactu animal esse.

Quapropter & gustus est veluti tactus quidam, nam alimentum est: at alimentum corpus est tactile. Sonus autem & odor & color non nutriunt, neque auctorem aut diminutionem efficiunt: ideo etiam gustu tactu esse quendam necesse est, quia rei tactilis & sensitivae sensus est. Atque hi quidem animalis necessarii sunt, & perspicuum est fieri non posse ut sine tactu animal sit.

h Alii autem propter bonum, & generi animalium iam, non cuiusque, sed quibusdam, ut processivo necesse inesse. Si enim debet saluari, non solum oportet tactu sentire, sed & de longe. Hoc autem erit, si per medium, sensitivum fuerit, eo quod illud quidem a sensibili patitur, & moveatur, ipsum autem ab illo.

Reliqui vero gratia eius quod bene est, ac generi demum animalium non cuilibet, sed cuidam, veluti gressili, necesse est insim, nam si saluum futurum est animal, non solum oportet tangendo sentiat, verum etiam e longinquo. Quod quidem fiat, si per intermedium sensitivum sit, eo quod illud quidem a sensibili patitur & moveatur, ipsum autem ab illo.

i Sicut enim movens in locum, usque ad permutationem facit, & pellens alterum facit ut pellatur, & est per medium motus, & primum quidem movens depellit & non depellitur, ultimum autem solum depellitur non pellens, medium autem utraque, multa autem media sic & i alteratione, praeterquam quod manet in eodem loco id quod alterat. Ut si in ceram tinxerit aliquis usque ad id mota est, usque quo tinxit. Lapis autem nihil. sed aqua usque praeul. Aer autem ad plurimum movetur, & facit & patitur, si maneat, & vnus sit. Unde & de repercussione est melius, quod visum egredientem repercuti, aerem patitur a colore & figura, donec sit vnus, (in leni autem est vnus) quam visum egredientem refringi, quamobrem rursus is quoque visum movet, non secus ac si signum quod in ceram imprimitur, usque ad imam ceram transmitteretur.

Quemadmodum enim quod loco movet, quadantenus transmutari facit, & quod pepulit aliud efficit ut pellat, & est per medium motus, ac primum quidem movens, pellit nec pellitur, ultimum vero dumtaxat pellitur, non pellens, medium autem horum utrumque (multa autem sunt media) sic etiam in alteratione, nisi quod in eodem loco manentia alterant, ut si quis in ceram mergat quiddam, usque eo mota est, quo unxit. Lapis autem nihil prorsus, at aqua longius, aer vero longissime movetur, & agit & patitur, si permaneat & vnus sit. proinde de refractione rectius censendum est, aerem patitur a colore & figura, donec sit vnus, (in leni autem est vnus) quam visum egredientem refringi, quamobrem rursus is quoque visum movet, non secus ac si signum quod in ceram imprimitur, usque ad imam ceram transmitteretur.

h Ostendit, quod alii sensus non insunt omnibus animalibus sed quibusdam. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit propositum. Secundo manifestat quoddam quod dixerat, ibi: **h** Sicut enim movens, dicitur ergo primo, quod alii sensus, scilicet visus, auditus, & olfactus, conveniunt animali non per necessitatem, sed propter bene esse. Sed necesse est eos inesse non cuilibet generi animalium, sed quibusdam, scilicet quae movetur motu processivo, quia si debet huiusmodi animal saluari, non solum debet sentire id quod tangit, sed debet sentire id quod est a longe, quia ad aliquid remotum movetur. Hoc autem scilicet, quod sentiat aliquid a longe, erit si habeat sensum qui sentiant per medium, eo quod medium patitur, & movetur a sensibili, sensus autem a medio. Et hoc ostendit consequenter cum dicitur: **i** Ostendit per simile in motu locali. Videmus enim, quod movens secundum locum, facit permutationem usque ad aliquem determinatum locum, quia quod primo depellit tacit ut illud de pulsione, iterum depellit aliud, & sic primum depellens movet tertium per medium, & primum quidem movens depellit, sed non depellitur. Ultimum autem ubi terminatur motus, depellitur sed non depellit. Medium autem habet utrumque, scilicet quod depellit, & depellitur, & contingit multa media esse talia. Et sicut hoc est in motu locali ita contingit in alteratione, quod sit primum movens & ultimum motum, & medium quod sit movens & motum. Sed in hoc tamen differt, quod primum alterans manet secundum locum dum alterat, quod non contingit dici de pellente. Et ponit exemplum, sicut si aliquis tangat ceram liquefactam, usque ad illum terminum mota est, quousque per actionem caloris actio tangens pertingit. Sed lapis quia durus est non est susceptivus talis impressionis. In aqua autem talis actio magis protenditur, quousque in cera. Sed adhuc aer qui est passibilior, in maxime remotum movetur, & facit & patitur, ut medium existens, dum modo maneat & sit vnus, ut si non terrumpatur per aliquod obstaculum interpositum. Et ideo circa repercussionem sensus, melius est dicere quod aer patitur a figura & colore, quousque permanet vnus & continuus quod contingit quando est lenis, & non interruptus, quod quod radii egredientes a visu, repercutiantur a visibili, ut Platonici posuerunt. Et ideo aer sic motus a figura & colore, movetur visum, in quantum visibile immutat totum aerem usque ad visum. Et esset simile de cera & sigillo, si figura sigilli imprimeretur in ceram usque ad ultimum terminum eius sicut visibile imprimit speciem suam in aerem usque ad visum.

tingit quando est lenis, & non interruptus, quod quod radii egredientes a visu, repercutiantur a visibili, ut Platonici posuerunt. Et ideo aer sic motus a figura & colore, movetur visum, in quantum visibile immutat totum aerem usque ad visum. Et esset simile de cera & sigillo, si figura sigilli imprimeretur in ceram usque ad ultimum terminum eius sicut visibile imprimit speciem suam in aerem usque ad visum.

LECTIO XVIII. Ostendam Philosophum ostendit, quod tactus de necessitate inest omnibus animalibus. hic intendit ostendere quod impossibile sit corpus animalis esse simplex, puta quod sit igneum, vel aereum, sicut Platonici posuerunt quaedam aialia esse aerea. Hoc autem probat, quia nullum alium sensum contingit esse sine tactu, oportet enim omnino animal habere tactum, ut ostensum est, & per consequens oportet quod omne corpus animalium sit tale ut per ipsum possit fieri sensus tactus. Omnia autem elementa praeter terram, possunt esse organa vel media aliorum sensuum. Aer & aqua, eo quod aer & aqua faciunt sentire per alterum, id est per medium. Sed tactus non fit per medium, sed in tangendo ipsa sensibilia, & ideo sic nominantur, quamvis & alii sensus sentiant, quodammodo in tangendo, non quidem immediate, sed per medium. Nam sensibile tangit sensum per medium, sicut & per medium immutat ipsum. Solus autem sensus tactus in tangendo sensibile, sentit per seipsum, & non per aliquod medium. Ex quo manifestum est quod corpus animalis debet esse tale ut per ipsum possit fieri tactus, non autem ut per ipsum possit fieri visus, & auditus, quia hi sensus fiunt per medium extrinsecum. Et quia corpus animalis oportet esse tale, ut per ipsum fiat sensus tactus, impossibile est quod vllum elementum sit corpus animalis, neque terra, quam non sunt alii sensus, neque alia elementa per quae fiunt alii sensus. Cuius ratio est, quia illud per quod fit tactus, oportet esse medium inter qualitates tangibiles, & hoc quod sit susceptivum earum, ut potest in potentia existens ad eas, ut supra ostensum est. Et hoc est verum non solum respectu qualitatum terrae, sed etiam omnium tangibilium qualitatum. In corporibus autem simplicibus non invenitur medium inter qualitates tangibiles, sed inveniuntur ipsae qualitates in extremitate contrarietatis. Et inde manifestum est, quod per nullum corpus simplex, nec per aliquod corporibus simplicibus

LECTIO XVIII.

R Vobis autem impossibile sit, simplex esse animalis corpus, manifestum est, dico autem, puta igneum, aut aereum sine tactu. n. nullum alium sensum esse possibile est. Corpus enim tactuum animatum omne, sicut dictum est. Alia autem, praeter terram, sensoria quidem vtiq; fiunt, omnia autem per alterum sentiendo faciunt sensum, & per medium. Tactus autem est in tangendo ipsa, propter quod & habet hoc nomen. Et tamen alii sensus tactu sentiunt, sed per altera. Hic autem videtur solus per seipsum. Quare hmoi elementorum nullum vti que erit corpus animalis. Neque itaque terrenum. Opinatum est, in tangibiliu tactus est sicut medietas & susceptivus sensus, non solum quaecumque differentiae terrae sunt, sed calidi, & frigidi, & aliorum omnium tangi possibile. Et propter hoc ossibus, & capillis, & hmoi partibus non sentiunt, quia terrae sunt. Et plantae etiam ob id non habent sensum quia non habent tactum, nullum possibile est aliud esse. Hic autem sensus non est, neque terra, neque ignis, alius elementorum. Manifestum igitur, quod necesse hoc solo privata sensu animalia mori. Neque enim hunc possibile est habere non animal existens, neque cum sit animal, alii necesse est habere, praeter hunc. Et propter hoc quidem terra sensibilia excellentiis non corrumpunt animal, ut color, & odor, & sonus, sed solum sensus, nisi secundum accidens, puta si simul cum sono depulsio fiat, & ictus, & visus, & odore alia movetur, quae tactu corrumpunt, & humores autem, secundum quod accidit simul tactu esse, sic corrumpit. Tangibilium autem excellentia, ut calidum, & frigidum, & durorum, corrumpit animal. Ois enim sensibilis superfluitas corrumpit sensum. Quare & quod tangi potest, tactu. Hoc autem tactu, determinatum est vivere. Sine enim tactu monstratum est, impossibile est animal esse. Unde tangibilium excellentia non corrumpunt sensum, sed & animal, quia necesse est solum habere huc aialia

Non ergo dubium est, quin animalia, cum hoc solo sensu privantur, necessario moriantur, neque enim fieri potest ut ea habeat quod non sit animal: necque si sit animal alium praeter eum habeat necesse est. Quamobrem cetera quidem sensibilia animalia excellentibus non corrumpunt suis, ut color, ut odor, ut sonus, sed sensoria in modo nisi forte per accidens verbi causa si una cum sono pulsus fiat & ictus: & a quibusdam visus & ab odore alia moveantur, quae tactu corrumpant. Quia enim sapor, quae simul accidunt in tactu sit, eatenus corrumpit: at tactum exuperantia, ut calidum, frigidum, durorum corrumpit animal. Nam sensus cuiusvis exuperantia corrumpit sensorium, quamobrem tactile etiam tactum, hoc autem animal definitum est: ostensum namque est fieri non posse, ut sine tactu animal sit, itaque sit ut tactum excessus non solum sensorium, sed animal etiam corrumpat, quando quidem necesse est animalia hunc solum habere.

A vicinum, potest fieri sensus tactus. Et ideo ossibus, & capillis, & talibus partibus non sentiunt, quia superabundat in eis quod terrae est, & non reducuntur ad medium, pro ut tactus requiritur. Propter istam etiam rationem, plantae nullum habent sensum, quia habent multum de terrestri, & sine tactu non est possibile esse alicuique animalium, nec tactum fieri possibile per aliquod simplex elementum. Sic ergo manifestum est, quod nullum corpus simplex potest esse animal, nisi per tactum animal sensibile. Deinde cum dicitur: **b** Concludit ex praedictis habitudinem sensum ad animalia. Ex primo quantum ad tactum. Secundo quantum ad alios sensus, id est alios autem sensus. Dicit ergo primo, quod cum necesse sit omnino animal habere tactum, ut ostensum est, manifestum est quod solum per privationem huius sensus, factus, necesse est animalia mori. Hic enim sensus convertitur cum animal, nec aliquid potest esse animal, nisi habeat hunc sensum. Et inde vterius concludit, quod sensibilia aliorum sensuum (si sint excellentia) corrumpunt quidem singulos sensus, puta nimis fulgida corrumpunt visum, & fortes soni corrumpunt auditum, quia tunc, corruptis his sensibus, potest animal remanere, horum excellentia non corrumpunt animal nisi per accidens, in quantum scilicet accidit animal pati simul ab aliquibus tangibilibus corrumpentibus, puta si simul cum sono fiat depulsio & ictus, ut accidit in tonitruo, ex quo interdum animalia moriuntur. Et similiter ab his quae vnt, aliqua moriuntur, non in quantum sunt visa, sed in quantum aerem inficiunt, ut dicitur de quibusdam venenosis. Et similiter intelligendum est de odoribus, in quantum cum malis odoribus interdum adiungitur corruptio aeris. Et ita est de sapore est quod potest corrumpere animal, non in quantum sapor est, sed in quantum sapor adiungitur aliqua qualitas tangibilis, puta quod talis sapor consequitur calorem excedentem, vel frigus. Sed excellentiae qualitates tangibilium corrumpunt animal per se, & non per accidens, quia omnia excellentia sensibus corrumpunt sensum. Unde & quod tangi potest, id est tangibile

LECTIO XVIII.

R Erspicuum igitur est fieri non posse ut simplex sit corpus animalis, verbi causa igneum aut aereum: nam sine tactu, nullus alius sensus haberi potest: ois enim animatum corpus, tactuum ut diximus est. Reliqua vero praeter terram sensoria quidem fieri possunt, cuncta vero per alia sentiendo sensum efficiunt, & per intermedia. at tactus in tangendo ea consistit, quamobrem etiam nomen hoc habet. at qui & alia sensoria tactu sentiunt, sed per alia, hic autem videtur solum sensum nullum cuiusmodi elementorum fuerit corpus animalis. Neque vero terrenum, tactus enim quasi mediocritas est omnium tactuum, atque sensorium hoc, non solum differentiarum, quae terrae sunt receptivum est, verum etiam calidi, & frigidi, ac reliquorum omnium tactuum, quo fit ut nec ossibus nec pilis nec id genus alijs partibus sentiamus, quia terrae sunt, & plantae, propterea nullum habent sensum, quia terrae sunt, at sine tactu, nullus alius esse potest, hoc autem sensorium neque terra est, neque ignis, alius elementorum.

Non ergo dubium est, quin animalia, cum hoc solo sensu privantur, necessario moriantur, neque enim fieri potest ut ea habeat quod non sit animal: necque si sit animal alium praeter eum habeat necesse est. Quamobrem cetera quidem sensibilia animalia excellentibus non corrumpunt suis, ut color, ut odor, ut sonus, sed sensoria in modo nisi forte per accidens verbi causa si una cum sono pulsus fiat & ictus: & a quibusdam visus & ab odore alia moveantur, quae tactu corrumpant. Quia enim sapor, quae simul accidunt in tactu sit, eatenus corrumpit: at tactum exuperantia, ut calidum, frigidum, durorum corrumpit animal. Nam sensus cuiusvis exuperantia corrumpit sensorium, quamobrem tactile etiam tactum, hoc autem animal definitum est: ostensum namque est fieri non posse, ut sine tactu animal sit, itaque sit ut tactum excessus non solum sensorium, sed animal etiam corrumpat, quando quidem necesse est animalia hunc solum habere.

ibile si fuerit excellens, corrumpit tactum. Secundum autem huc sensum determinatur vita animalis, tamdiu enim durat animal, quamdiu durat sensus tactus in eo. Offensum est enim, quod impossibile est esse sine tactu. Vnde manifestum est, quod excellentia tangibili, non solum corrumpunt sensum tactus, sed etiam corrumpunt animal, inquantum huc solum sensum necesse est inesse animali.

Sup. rex. 63.

Deinde cum dicitur c. q. Offendit qualiter se habeant alii sensus ad animal, & dicitur quod alios sensus habet animal, non propter necessitatem sui esse, quia sine eis potest esse & vivere, sed propter bene esse, sicut visum habet, quia vivit in aere, & in aqua, ut videat per aerem & aqua ea quae procul sunt. Et non solum per aerem & aquam, sed etiam per quodcumque diaphanum, quia etiam per corpora caelestia videmus. Gustum autem habet animal propter delectationem & tristitiam quae est in cibo, ut sentiat delectationem in alimento, & sic concupiscat ipsum, & mo-

Alios autem sensus habet animal, sicut dictum est, non propter bene, ut visum, quia in aere, & aqua, ut videat, omnino autem, quoniam in diaphano Gustum autem habet propter delectabile, & triste, ut sentiat quod in alimento, & concupiscat, & moveatur. Auditum autem ut significetur aliquid ipsi. Linguam autem habet, quatenus significet aliquid alteri.

ueatur ad quarendum ipsum. Sed notandum est, quod supra positum gustum necessarium animalibus, inquantum est tactus quidam alimenti, hic autem numerat ipsum inter sensus non necessarios, inquantum est discretivus saporum qui faciunt alimentum delectabile vel triste, ut accipiatur facilius, vel refusetur. Et quod dicitur de gustu, intelligendum est de odoratu, quia per odoratum attrahitur animalia ad alimentum a remotis licet etiam in hominibus sit alia species, & alia utilitas odoratus, ut in Libro de Sensu, & sensato dicitur. Auditus autem est in animali ad hoc, quod ei aliquid significetur. Est enim necessarium quod conceptiones vnius animalis alteri significentur, & quod vnum animal iuuatur ex altero, ut patet maxime in gregabilibus animalibus, in quibus geniti educantur a generantibus. Et ideo oportet etiam quod animal habeat linguam, per quam sonando, significet suas affectiones alteri. Et haec dicta de anima ad praesens sufficiant.

Reliquos autem sensus habet, ut diximus, animal, non ut sit, sed ut bene sit, veluti visum, quandoquidem in aere & in aqua, & omnino in translucido versatur, ut videat, Gustum, propter iucundum & molestum, ut id quod in alimento est, sentiat, & ique cupiat ac moveatur. Auditum, ut ei aliquid significetur. Linguam, ut ipsum quidpiam alteri significet.

G

animal iuuatur ex altero, ut patet maxime in gregabilibus animalibus, in quibus geniti educantur a generantibus. Et ideo oportet etiam quod animal habeat linguam, per quam sonando, significet suas affectiones alteri. Et haec dicta de anima ad praesens sufficiant.

Expositionis Diui Thomae Aquinatis, in tres Libros de Anima Aristotelis, Finis.

REGISTRVM

A B C D E F G.

Omnes sunt Quaterniones, praeter G, qui est Ternio.



ROMAE

Apud haeredes Antonij Bladij, & Ioannem Osmanum Liliotum socios.

M D LXXXIX

THOMAE A QVINATIS DOCTORIS ANGELICI

IN EOS QUI PARVA NATVRALIA ARISTOTELIS

DICVNTVR LIBROS, EXPOSITIO.

LECTIO PRIMA.

Sup. rex. 63.



icut Philosophus dicit in Terrio de Anima, sicut se parabiles sunt res a materia, sic & quae circa intellectum sunt. Vnum quodque enim in tantum est intelligibile, inquantum est a materia separabile. vnde ea, quae sunt & in naturam a materia separata, sunt secundum se ipsa intelligibilia acta. quae vero a nobis a materialibus conditionibus sunt abstracta, sunt intelligibilia actu per lumen nostri intellectus agentis. Et quia habitus alicuius potentiae distinguuntur specie & in differentia eius, quod est per se obiectum potentiae, necesse est, quod habitus scientiarum, quibus intellectus perficitur, etiam distinguantur & in differentiam separationis a materia. & ideo Philosophus in Sexto Meta. distinguit genera scientiarum & in diuersum modum separationis a materia. Nam ea, quae sunt separata a materia secundum esse & rationem, pertinent ad Mathematicum: quae autem in sui ratione concernunt materiam sensibilem, pertinent ad Naturalem. Et sicut diuersa genera scientiarum distinguuntur & in hoc, quod res sunt diuersimode a materia separabiles, ita etiam in singulis scientiis, & praecipue in scientia naturali, distinguuntur partes scientiae & in diuersum separationis & concretionis modum: & quia vniuersalia sunt magis a materia separata, ideo in scientia naturali ab vniuersalibus ad minus vniuersalia proceditur, sicut Philosophus docet Primo Phys. Vnde & scientiam naturalem incipit tradere ab his, quae sunt communissima omnibus naturalibus, quae sunt motus, & principium motus, & deum processit per modum concretionis suae applicationis principiorum communium, ad quaedam determinata mobilia, quorum quaedam sunt corpora viuentia: circa quae etiam simili modo processit, distinguens hanc considerationem in tres partes. Nam primo quidem considerauit de anima & in se, quasi in quadam abstractione. Secundo, considerationem facit de his, quae sunt animae & in quadam concretionem, suae applicationem ad corpus, sed in generali. Terrio, considerationem facit applicando omnia haec ad singulas species animalium & plantarum, determinando quid sit proprium vnicuique speciei. Prima igitur consideratio continetur in Libro de Anima, Tertia vero consideratio continetur in Libris, quos scribit de Animalibus, & Plantis. Media vero consideratio continetur in libris, quos scribit de quibusdam, quae pertinent communiter, vel ad omnia animalia, vel ad plura genera eorum, vel etiam ad omnia viuentia, circa quae huius libri est praesens intentio. Vnde considerandum est, quod in Secundo de Anima quatuor gradus viuentium determinauit: quorum primus est eorum, quae habent solam partem animae nutritiam, per quam viuunt, sicut sunt plantae: quaedam autem sunt, quae cum hoc habent etiam sensum sine motu progressivo, sicut sunt animalia imperfecta, puta conchilia: quaedam vero

ro, quae habent insuper motum localem progressiuum, sicut animalia perfecta, ut equus & bos: quaedam vero insuper intellectum, sicut homines. Appetituum enim quamuis ponatur quincum genus potentiarum animae, non tamen constituit quincum gradum viuentium, quia semper conueniunt sensitiuum. Horum autem, intellectus quidem nullius partis corporis actus est, ut probatur Terrio de Anima. vnde non potest considerari per concretionem vel applicationem ad corpus, vel aliquod organum corporeum. Maxima enim concretio eius est in anima, summa autem eius abstractio est in substantiis separatis. Et ideo praeter librum de Anima, Arist. non fecit librum de intellectu & intelligibili, vel si fecisset, non pertineret ad scientiam naturalem, sed magis ad metaphysicam, cuius est considerare de substantiis separatis. Alia vero omnia sunt actus alicuius partis corporis, & ideo eorum potest esse specialis consideratio per applicationem ad corpus, vel organa corporea praeter considerationem, quae habita est de ipsis in lib. de Anima. Oportet ergo huiusmodi considerationem mediam in tres partes distingui, quarum vna contineat ea, quae pertinent ad viuum, inquantum est viuum, & haec continetur in libro, quem scribit de Moribus & Vita, in quo etiam determinat de Respiratione & Expiratione, per quae in quibusdam vita conseruatur, & de Iuuentute & Senectute per quae diuersificatur status vitae. Similiter autem & in libro, qui inscribitur de Causis longitudoinis & breuitatis vitae, & in libro, quem fecit de Sanitate & aegritudine, quae etiam pertinent ad dispositionem vitae, & in libro, quem dicitur fecisse de Nutrimeto & Nutribili, qui duo Libri, apud nos nondum habentur. Alia vero pertinent ad motiuum, quae quidem continentur in duobus, scilicet in libro de Causa motus animalium, & in libro de Progressu animalium, in quo determinatur de partibus animalium opportunis ad motum. Tertia vero pertinet ad sensitiuum. Circa quod considerari potest, & id quod pertinet ad actum interioris vel exterioris sensus: & quantum ad hoc consideratio sensitiui continetur in hoc libro, qui inscribitur de Sensu & Sensato, id est, de Sensituo & Sensibili sub quo etiam continetur tractatus de Memoria & Reminiscencia. Et iterum, ad considerationem sensitiui pertinet id, quod facit differentiam circa sensum in sentiēdo, quod per somnum, & vigiliam determinauit in libro, qui inscribitur de Somno & vigilia. Sed quia oportet per magis similia ad dissimilia transire, talis videtur esse ratioabiliter horum librorum ordo, ut post librum de Anima, in quo de anima secundum se determinatur, immediate sequatur hic liber de Sensu & Sensato, quia ipsum sentire, magis ad animam quam ad corpus pertinet, post quem ordinandus est liber de Somno & vigilia, quae important ligamentum & solutionem sensus. Deinde sequuntur libri, qui pertinent ad motiuum, quod est magis propinquum sensitiuo. Vltimo autem ordinatur libri, qui per Parua naturalia. S. Tho.

ARISTOTELIS STAGIRITAE

PERIPATETICORVM PRINCIPIS

DE SENSU ET SENSATO,

LIBER.

Antiqua translatio.

Nicolai Leonicensi interpretatio.



Voniam autē de anima secundum se ipsam determinatum est, & de virtutum qualibet, ex parte ipsius, consequens est facere considerationem de animalibus & vitā habentibus omnibus, quae sunt propriae, & quae communes operationes eorum. Quae igitur dicta sunt de anima subiiciantur. De reliquis autem dicamus, & primum de primis.



Voniam de anima per se, nec non de potestibus singulis, quae per partes illi insunt, pertractatum est prius, proximum est de Animalibus perscrutari, & de iis quae vitam habent omnibus, quoniam propria, & quae communia illorum sunt opera. Quae igitur dicta sunt de anima supponantur. de reliquis vero dicamus, & de primis prius.

Tex. 63.

Viuentium grad. ex 2. de Anima. Tex. 63.

Tex. 63.

inuenit ad communem considerationem vini: quia ista consi- deratio, maxime concernit corporis dispositionem.

Hic igitur liber, qui de Sensu & Sentatu inscribitur, primo quidem in duas partes diuiditur, in Prooemium, & Tractatum, qui incipit. ibi { Sed de sensu & sentire. } Circa primum duo facit. Primo, manife- stat suam intentionem, ostendens de quibus sit tractatum. Secundo assignat rationem, quare necessarium est de his tractari. ibi { Videntur autem maxima, & communia, & propria animalibus, esse coia corporis & afe. }

b Videntur autem maxima, & communia, & propria animalibus, esse coia corporis & afe. **c** Puta, sensus & memoria, ira & desiderium, & omnino appetitus, & cum his gaudiu & tristitia. etenim haec ferè insunt omnibus animalibus. Cum his autè hęc quidem omnibus sunt vitam participantibus communia, haec vero animalium quibusdam. Existunt autem horu maxime quatuor coniugationes numero, velut vigilia & somnus, iuuentus & senectus, expiratio & respiratio, & vita & mors: de quibus considerandum est quid sit vnquodq; eoru, & quibus de causis accidat. Veru Physiici est de sanitate & infirmitate prima inuenire principia. nec eni sanitatem nec infirmitatem possibile fieri carentibus vita. Quare ferè Physicorum plurimi & Medicorum, qui magis phyice artem profequuntur, hi quidem finiunt ad ea, quae de medicina: hi vero ex his, quae de natura, incipiunt de medicina.

pertinentem ad vim irascibilem, & desiderium pertinens ad concupiscibilem, a quibus duabus passionibus, tamquam a manifestioribus praedictae duae vires denominantur. Concupiscibilis enim denominatur a desiderio, irascibilis autem ab ira. Sed quia sunt quaedam aliae animae passiones ad vim appetitiuam pertinentes, ideo subiungit. { Et omnino appetitus } vt comprehendat omnia, quae ad vim appetitiuam pertinent. Ad omnes autem passiones animae, siue sint in irascibili, siue in concupiscibili, sequitur gaudium, vel tristitia, vt dicitur secundo Ethicorum, & ideo subdit { & cum his gaudium & tristitia } quasi finales, & vltimae passiones. Et subiungit, quod haec quae enumerata sunt, ferè inueniuntur in omnibus generibus animalium. Dicit autem ferè, quia plura eorum inueniuntur in omnibus animalibus tam perfectis, quam imperfectis, scilicet sensus & desiderium, & appetitus, & gaudium, & tristitia. Habet enim animalia imperfecta de sensibus solum tactum, habent etiam phantasiam & concupiscentiam, & gaudium & tristitiam, licet in determinata sint, & indeterminate moueantur, vt dictum est secundo de Anima. Memoria vero & ira in eis totaliter non inueniuntur, sed solum in animalibus perfectis, Cuius ratio est, quia non omnia quae sunt interioris generis, sed solum suprema & perfectiora, pertinent ad aliquam participationem similitudinis eius, quod est proprium superiori generi. Differt autem sensus ab intellectu & ratione: quia intellectus vel ratio est vniuersalium, quae sunt vbique & semper: sensus autem est singularium, quae sunt hic & nunc. Et ideo sensus secundum suam propriam rationem, non est cognoscitivus nisi praesentium. Quod autem sit aliqua virtus sensitiva pars, se extendens ad alia, quae non sunt praesentia, hoc est secundum similitudinariam participationem rationis, vel intellectus. Vn memoria, quae est cognoscitiva praeteritorum, conuenit solum animalibus perfectis, ut potest supremum quoddam in cognitione sensitiva. Similiter etiam appetitus sensitivus, consequens sensum fm propriam rationem, est eius quod est delectabile secundum sensum, quod pertinet ad vim concupiscibilem, quae est communis omnibus animalibus. Sed quae animal tendat per appetitum ad aliquod laboriosum, puta ad pugnam vel aliquod huiusmodi, habet similitudinem cum appetitu rationali, cuius est appetere aliqua propter finem, quae non solum sensum sunt appetibilia. Et ideo ira, quae est appetitus vindictae, pertinet solum ad animalia perfecta, propter quandam appropinquationem ad genus rationalium. Deinde ponit ea, quae pertinent aliquo modo ad rationem vitae: & dicit, quod cum praemissis inueniuntur alia in animalibus, quorum quaedam sunt communia omnibus participantibus vitam, non solum animalibus, sed etiam plantis. Quaedam vero pertinent solum ad quaedam genera animalium, & horum praecipua sub quadruplici coniugatione enumerantur vel coniugatione. Primam quidem coniugationem ponit vigiliam & somnum, quae inueniuntur in omnibus animalibus, non tamen in plantis. Secundam autem ponit iuuentutem & senectutem, quae inueniuntur tam in animalibus, quam in plantis. Cuiuslibet enim corruptibilis & generabilis vita distinguitur per diuersas aetates. Tertiam ponit respirationem, & expirationem, quae inueniuntur in quibusdam generibus animalium, scilicet in omnibus habentibus pulmonem. Quartam ponit vitam & mortem, quae inueniuntur in omnibus viu- uentibus

Videntur autem quae maxima sunt & communia & propria animalibus, cum animae, tum corpori esse communia.
Sensus, & memoria, ira, & desiderium & omnino appetitus, voluptasque, insuper & dolor, haec enim ferè omnibus insunt animalibus. Et praeterea, alia quaedam omnibus quae vita participantibus communia, alia vero animalibus dumtaxat quibusdam. Horum autem maxime coniugationes solum sunt quatuor, vigilia & somnus, iuuentus & senectus, spiratio & expiratio, vita & mors, de quibus speculandum est, quid quodque illorum est, & quas ob causas fieri contingat. Physiici etiam est sanitas, & morbi prima cognoscere initia: cur neque sanitatem neque morbum fieri posse constat. Quae uita carent. Quamobrem, Physicorum ferè plurimi, & Medicorum qui Physice artem exercent magis, illi quidem ad ea quae sunt Medicinae artem desinunt, hi autem ex his, quae de natura sunt, ea quae ad medicinam spectant exordiuntur.

b Animal autem vnquodque secundum quod animal, necesse est habere sensum. Per hoc enim determinamus animal esse, & non animal. **c** Proprie autem secundum vnquodque, tactus & gustus inueniuntur, vt dictum est secundo de Anima. Memoria vero & ira in eis totaliter non inueniuntur, sed solum in animalibus perfectis, Cuius ratio est, quia non omnia quae sunt interioris generis, sed solum suprema & perfectiora, pertinent ad aliquam participationem similitudinis eius, quod est proprium superiori generi. Differt autem sensus ab intellectu & ratione: quia intellectus vel ratio est vniuersalium, quae sunt vbique & semper: sensus autem est singularium, quae sunt hic & nunc. Et ideo sensus secundum suam propriam rationem, non est cognoscitivus nisi praesentium. Quod autem sit aliqua virtus sensitiva pars, se extendens ad alia, quae non sunt praesentia, hoc est secundum similitudinariam participationem rationis, vel intellectus. Vn memoria, quae est cognoscitiva praeteritorum, conuenit solum animalibus perfectis, ut potest supremum quoddam in cognitione sensitiva. Similiter etiam appetitus sensitivus, consequens sensum fm propriam rationem, est eius quod est delectabile secundum sensum, quod pertinet ad vim concupiscibilem, quae est communis omnibus animalibus. Sed quae animal tendat per appetitum ad aliquod laboriosum, puta ad pugnam vel aliquod huiusmodi, habet similitudinem cum appetitu rationali, cuius est appetere aliqua propter finem, quae non solum sensum sunt appetibilia. Et ideo ira, quae est appetitus vindictae, pertinet solum ad animalia perfecta, propter quandam appropinquationem ad genus rationalium. Deinde ponit ea, quae pertinent aliquo modo ad rationem vitae: & dicit, quod cum praemissis inueniuntur alia in animalibus, quorum quaedam sunt communia omnibus participantibus vitam, non solum animalibus, sed etiam plantis. Quaedam vero pertinent solum ad quaedam genera animalium, & horum praecipua sub quadruplici coniugatione enumerantur vel coniugatione. Primam quidem coniugationem ponit vigiliam & somnum, quae inueniuntur in omnibus animalibus, non tamen in plantis. Secundam autem ponit iuuentutem & senectutem, quae inueniuntur tam in animalibus, quam in plantis. Cuiuslibet enim corruptibilis & generabilis vita distinguitur per diuersas aetates. Tertiam ponit respirationem, & expirationem, quae inueniuntur in quibusdam generibus animalium, scilicet in omnibus habentibus pulmonem. Quartam ponit vitam & mortem, quae inueniuntur in omnibus viu- uentibus

c Quod visus nanque est aqua, verum quidem. Non tamen accidit videre secundum quod aqua est, sed secundum quod perspicuum, quod & aeri commune est. Sed magis seruabilis est aqua aere & magis spissa. Quare pupilla & oculus aquae sunt.

d Et hoc est in ipsis operibus manifestum. Videtur enim aqua quod discurret corruptis oculis, & in oino nouiter formati frigiditate excedens, & claritate. Et albi oculi habentibus sanguine pinguem & crassum, propter hoc est vt permaneat humidum incoagulatum,

LECTIO III.

Rost op. Pla. & Empedo. hic tertio Philosophus prosequitur de opinione Democriti. Circa quod tria facit. Primo ostendit in quo Democritus bene dixerit, & in quo male. Secundo prosequitur illud, in quo male dixit. Ibi dicitur Incongruum autem est. Tertio prosequitur illud, in quo bene dixit, ibi. Quod visus nanque. Dicit ergo primo, quod Democritus bene dixit in hoc, quod visum attribuit aquae. Sed in hoc male dixit, quod putauit visionem non aliud esse quam apparitionem rei visae in pupilla ex corporali dispositione oculi, quia scilicet oculus est lenis, id est, politus & tersus. Et ita patet, quod ipsum videre non consistit in hoc, quod est apparere talem formam in oculo, sed consistit in vidente, id est, in habente virtutem visivam, non enim oculus est videns propter hoc, quod est lenis, sed propter hoc, quod est virtutis visivae. Illa enim passio, scilicet quod forma rei visae in oculo appareat, est reuerberatio, id est, causatur ex refractione, siue reuerberatione formae ad corpus politum. Sicut videmus in speculo accidere cum enim immutatio diaphani, quae fit a corpore visibili, peruenit ad corpus non diaphanum, non potest ultra immutatio transcendere, sed quodam modo reflectitur ad similitudinem pupillae, quae repercutitur proiecta ad parietem, & ex tali repercutitione redit forma rei visae ad partem oppositam. Vnde contingit, quod aliquis in speculo videat seipsum, vel etiam aliam rem, quae non directe visui eius obicitur, sed hoc locum non habet nisi duo concurrant, quorum vnum est, vt corpus sit in superficie lenae, & ex hoc quodam modo fulgens, vt supra dictum est, per quem quidem fulgorem moderatum manifestatur species in reflexione. Aliud est, quod corpus illud sit interius ad aliquid terminatum, vt immutatio praedicta ultra non transeat. Et ideo videmus, quod nisi in vitro apponatur plumbum vel aliquod huiusmodi, quod impediatur eius penetrationem, ne ulterius procedat immutatio, non fit talis apparitio. vtrumque autem horum concurrat in oculo. Est enim moderate fulgens propter lenitatem, vt supra habitum est, & habet aliquid in fundo, quod terminet eius peruenientiam. Vnde manifestum est quod hoc accidens, scilicet quod forma rei visae appareat in oculo, accidit pure propter refractionem, quae est passio corporalis, quae causatur ex determinata corporis dispositione. Democrito tamen nondum erat manifestum

LECTIO III.

Democritus autem, quod aqua quidem dicitur esse re, dicit, quod vero videtur opus imaginem existimauit illam non recte. hoc enim accidit quoniam lenis est oculus, & non est in illo, sed in vidente, reflexio enim quaedam illa est passio. Caterum de imaginibus, & reflexione nondum illi vt videtur erat perspectum.

Aburdum quin etiam est, illi in mentem non uenisse vt ambigeret, Quamobrem solus videt oculus, aliorum autem nullum, in quibus apparent imagines.

Quod igitur visio sit aqua verum est. Videre autem contingit non vt aqua est, verum vt est perspicua, quod etiam ipsi commune est aeri, sed conseruans magis, & firmiter recipiens aere est aqua. Propterea pupilla, & oculus aquae adscribuntur.

Quod etiam ex ipsis clarum est rebus: corruptis enim oculis defluens apparet aqua, & in inchoatis fatibus splendore claritateque excellere percipiuntur. Album quin etiam oculi in sanguine praeditis pingue & niuidum est hanc ob causam, vt inconcretus permaneat humor. propterea ex corporibus

non occurreret ista dubitatio: quare alia corpora, in quibus forma rerum visibilium, quas idola nominabat, specialiter apparent, non videbat, sed solus oculus. Ex quo manifeste apparet, quod non tota ratio visionis est praedicta apparitio, sed in oculo est aliquid aliud, quod visionem causat, scilicet virtus visiva. Deinde dicitur, c. Prosequitur id, quod Democritus bene dixit. Et primo ponit necessitatem, secundo manifestat per signa, ibi. Et hoc est & in ipsis operibus. Dicit ergo primo, hoc quod Democritus organum visus attribuit aquae, verum est. Sciendum tamen, quod visio attribuit aquae non secundum quod est aqua, sed ratione perspicuitatis, quae communiter in aqua & aere inuenitur. Nam visibile est motuum perspicui, vt dicitur in lib. de Anima. Attribuitur magis tamen visio aquae quae aeri propter duo, primo quidem, quia aqua magis potest conseruari quam aer. Aer enim de facili diffunditur, & ideo ad conseruationem visus conuenientior fuit aqua quam aer. Natura autem facit semper quod melius est. Secundo quia aqua magis spissa quam aer, & ex ratione suae spissitudinis habet quod in ea per quandam reuerberationem appareat forma rei visae, & hoc competit instrumento visus: esse autem tem peripicuum competit medio in visu, eo quod commune est aeri & aquae, & ideo concludit quod oculus & pupilla magis attribuantur aquae quam aeri. Est etiam & corpus caeleste perspicuum: sed quia non venit in compositione corporis humani, propter hoc hic praetermittitur. Deinde cum dicitur, d. Manifestat organum visus esse aquae, per tria signa, quae in ipsis operibus manifesta sunt. quorum Primum est, quod in oculis destruantur, ad sensum apparet inde aqua discurrens. Secundum est, quod in oculis embryonum de nouo formati, qui quasi adhuc recipientes magis virtutem sui principii, excedunt & in frigiditate, & claritate, quae duo sunt conaturalia aquae. Tertium signum est, quia in animalibus habentibus sanguinem in quibus potest

Secundo te. com. 68. De iuuentute & senectute. lec. 3.

te. co. 69.

potest esse pinguedo, quasi ex sanguine generata, circa pupilam ponitur album oculi habens pinguedinem & crassitudinem quandam, vt ex eius caliditate permaneat aequum pupillae humidum absque congelatione, quae perspicuitatem aquae diminueret, & sic impediretur visio. Et ideo ratione praedictae pinguedinis oculus qui pinguescit, propter eius caliditatem nullis vnquam passus est frigus in toto, eo quod intra palpebras coninetur. In animalibus vero, quae sunt sine sanguine, in quibus non inuenit pinguedo, natura facit oculos durae pellis, ad protegendum humidum aequum, quod est intra pupillam. Deinde cum dicitur, e. Accedit ad improbandum quod aliqui posuerunt visionem fieri extra mittendo, quod erat ratio attribuendi visui igni. Vnde hoc remouetur, & illud remouetur. Et circa hoc duo facit. Primo proponit duas opiniones ponentium, quod videmus extra mittendo. Secundo improbat alteram illarum, ibi. Isti enim melius est. Dicit ergo primo, quod irratio nale videtur quod visus videatur aliquo ab eo exeunte. Quod quod aliqui posuerunt dupliciter. Vno modo, vt id, quod egreditur ab oculo extendatur vsque ad rem visam ex quo sequitur, quod cum nos videamus etiam astra, id quod egreditur a visu, extendatur vsque ad astra, quod continet manifestam impossibilitatem cum enim egredi non sit nisi corporum, sequitur quod aliquod corpus egrediens ab oculo perueniret vsque ad astra, quod idem apparet saltem multipliciter. Primo quidem, quia sequeretur plura corpora esse in eodem loco, tum quia huiusmodi egredientia ab oculo simul esset cum aere, tum quia huiusmodi egredientia ab oculis oporteret multiplicari in eodem medio secundum multitudinem videndum per idem medium. Secundo, quia qualibet emissio corporis in principio quidem est maior, in fine vero attenuatur, propter quod contingit, quod flamma ex corpore accenso procedens, tendit in summum. hic autem accidit contrarium. Dicunt enim Mathematici, quorum est haec positio, quod conus corporis egredientis ab oculo, est intra oculos, basis illius in re visa. Tertio, quia non posset quantitas oculi sufficere ad hoc quod tantum corpus ab eo progrediretur, quod attingeret vsque ad astra quantumcunque subtiliaretur: aliquis enim est terminus subtilitatis corporum naturalium, & propterea quanto esset subtilius, tanto facilius corrumperetur. & iterum oporteret, quod vel esset aer vel ignis illud corpus emissum ab oculo, & aerem quidem emissum emitti ab oculo non est necessarium, quia abundat exteriorius. Si vero esset ignis, videremus etiam ignem, vel non possemus videre mediante aqua, nec etiam possemus videre nisi in sursum, quo tendit motus ignis. Non autem potest dici, quod illud corpus, quod egreditur ab oculo, sit lumen, quia lumen non est corpus, vt probatum est lib. de Anima. Alia opinio est Pla. qui posuit, quod lumen egrediens ab oculo non procedit vsque ad rem, sed quod antenus, id est, ad aliquod determinatum spatium, vbi scilicet cohaeret lumen exteriori, ratione cuius cohaerentiae sit visio: vt prius dictum est. Deinde cum dicitur, f. Praetermissa prima opinione tanquam maxime inconuenienti, consequenter improbat secundam dupliciter. Primo quidem, quia inutiliter, & vane aliquid ponitur. Et hoc est quod dicit. Melius esset dicere, quod lumen interiorius coniungeretur exteriori in ipsa interiore extremitate oculi quam extra per aliquam distantiam. Et hoc, ideo quia in illo spatio intermedio non est

In meo exteriori, extingueretur lumen interiori a tenebris secundum eius positionem, vt supra habitum est. Si vero attingat lumen vsque ad oculos, melius est quod statim coniungatur, quia quod potest fieri sine medio melius est quam quod fiat per medium, cum aliquid fieri per pauciora melius sit quam per plura. Deinde cum dicitur, g. Improbatur con iunctionem luminis interioris ad exteriorius etiam si fiat in principio oculi. Et hoc tripliciter. Primo quidem, quia coniungi vel separari est proprie corporum, quorum vtrumque habet per se substantiam, non autem qualitatatum, quae non sunt nisi in subiecto. vnde, cum lumen non sit corpus, sed accidens quoddam, nihil est dictum, quod lumen adiungatur luminis, nisi forte corpus luminosum adiungeretur corpori luminoso potest autem coniungere quod lumen intendatur in aere per multiplicationem luminarium, sicut & calor intenditur per augmentum calefactionis, quod tamen non est per additionem, vt patet in quarto Physic. Secundo improbat per hoc, quod est dato quod vtrumque lumen esset corpus, non tamen esset possibile quod vtrumque coniungeretur, cum non sint eiusdem rationis. Non enim quodlibet corpus natum est coniungi cuilibet corpori, sed solum illa, quae sunt aliquo qualiter homogenea. Tertio, quia cum inter lumen interiorius & exteriorius intercedat corpus medium, scilicet meninge, id est, tunica oculi, non potest vtrumque luminis esse coniunctio.

ris partibus minime friget oculus, nulli enim nunquam id quod intra palpebras est obrigitur. Animalium vero, quae sanguine carent, duripelles sunt oculi, quod illis pro munimento facit.

Omnino autem est ratione carens quapiam egrediente re visum cerne re, & vsque ad astra protenditur quod antenus egressum coalescere, vt non nulli autumant.

Hoc melius enim est in principio statim oculi eo coalescere.

Quod etiam fatuum est, quae enim luminis ad lumen copulatio, aut quoniam hoc fieri potest modo? non enim quodlibet coniungitur cuilibet, & interiori exteriori, quomodo cum meninge membrana media sit.

LECTIO V.

Vid quidem igitur sine lumine impossibile est videre, dictum est in a. iis. Sed siue lumen, siue aer est, quod est inter rem visam, & oculus, motus, qui per ipsum est facit videre.

LECTIO V.

Vid quidem sine lumine non contingit videre, alibi per tractatum est. Caterum siue lumen, id est, seu aer quod interiacet inter rem visam & cernentem oculum, profecto motus in hoc visionis est causa.

non sint eiusdem rationis. Non enim quodlibet corpus natum est coniungi cuilibet corpori, sed solum illa, quae sunt aliquo qualiter homogenea. Tertio, quia cum inter lumen interiorius & exteriorius intercedat corpus medium, scilicet meninge, id est, tunica oculi, non potest vtrumque luminis esse coniunctio.

LECTIO V.

Rostquam Philosophus improbauit opinionem ponentium visionem fieri extramittendo, hic determinat veritatem. & circa hoc tria facit. Primo manifestat qualiter visio fiat secundum suam sententiam. Secundo ex hoc reddit causam eius, quod supra positum est de organo visus, ibi. Et rationabiliter. Tertio manifestat causam illam per signum, ibi. Et hoc est ab accidentibus. Resumit ergo primo quod dictum est in libro de Anima. Quod sine lumine impossibile est videre, quia enim visio fit per medium, quod est diaphanum, requiritur ad visionem lumen, quod facit aliquod corpus esse actum diaphanum, vt dicitur Libro de Anima. Et ideo siue illud medium, quod est inter rem visam & oculum sit actum aer illuminatus, siue sit lumen, non quidem per se subsistens, cum non sit corpus, sed in quocumque alio corpore, puta aqua vel vitro, motus, qui fit per huiusmodi medium, causat visionem. Non est autem intelligendum quod huiusmodi motus sit localis, quasi quorundam corporum defluerium a re visa ad oculos, sicut Democritus & Empedocles posuerunt: quae sequeretur quod per huiusmodi defluxum corpora visa diminuerentur quousque totaliter consumerentur: sequeretur etiam quod oculus ex occurso continuo huiusmodi corporum destrueretur, neque etiam esset impossibile vt totum corpus ab oculo videretur, sed solum secundum tantam quantitatem, quam posset pupilla capere. Est autem motus iste secundum alterationem: alteratio autem est motus ad formam, quae est qualitas rei visae, ad quam medium est in potentia in quantum est lucidum in actu, quod est diaphanum interminatum. Color autem est qualitas diaphani terminati, vt infra dicitur. Quod autem interminatum est, sic se habet ad terminatum, sicut potentia ad actum. Nam forma est quidam terminus materiae, sed propter

Prio Physic. cap. 50.

Te. com. 84.

te. co. 67.

per aliam ratione diaphaneitatis in medio perspicuo sequitur, quod medium recipiat alio modo speciem coloris quam sit in corpore colorato, in quo est diaphanum terminatum, ut infra dicitur. A. Sicut enim sunt in susceptivis secundum modum ipsorum, & ideo color est quidem in corpore colorato sicut qualitas completa in suo esse naturali: in medio autem incomplete secundum quoddam esse intentionale, alioquin non posset secundum idem medium videri albu, & nigrum. Albedo autem & nigredo proprie sunt forme complete in eis naturalibus, non possunt simul esse in eodem: sed secundum predictum esse incompleta sunt in eodem: quia iste modus essendi propter suam imperfectionem, appropinquat ad modum, quo aliquid est in aliquo in potentia. Sunt autem in potentia opposita simul in eodem. Deinde cum dicitur.

b Et rationabiliter quod interius, aqua est. Aqua enim perspicua est. Videtur autem sicut exterius non sine lumine, ita & interius. Perspicuum igitur oportet esse. Necessesse igitur aqua esse, quia non est aer. Non enim in vitio oculi anima, aut anima sensitivum est: sed manifestum quoniam interius. Quare necessario perspicuum est & receptibile luminis, quod interius oculi.

c Et hoc etiam ab accidentibus manifestum. Iam enim quibusdam vulneratis in bello iuxta tempora, ita ut abscinderentur pori oculi, accidit fieri tenebras, sicut lucerna extincta, eo quod quasi lampas quaedam abscissum fuit perspicuum, vocatum pupilla.

d Igitur si quidem in his accidit, sicut diximus, manifestum quod si oportet secundum hunc modum attribueretur, & assignare vnum quodque sensitivum vni elementorum, oculi quidem visum aqua existimandum, aeris ver sonorum sensitivum, ignis autem odoratum.

e Quod enim actu odoratus, hoc potentia odoratum est. Sensibile enim facit agere sensum, quare necesse existere ipsum potentia prius. Odor vero fumalis evaporatio est, fumalis autem evaporatio ab igne.

intra oculum sit aliquod perspicuum, non autem corpus celeste, quia non venit in compositionem humani corporis. & ideo necesse est, quod sit aqua, quae sit servabilior & spissior, quae, ut dictum est. Quare autem ad videndum requiratur lumen interius, manifestat cum dicitur. Non enim in ultimo. Si enim virtus visiva esset in exteriori superficie oculi, sufficeret ad videndum solum lumen exterioris perspicui, per quod immutatio coloris perveniret ad exteriorem superficiem pupillae. Sed anima, siue sensitivum anime non est in exteriori superficie oculi sed intra. Et est attendendum quod signanter addit. Aut animae sensitivum anima enim, cum sit forma totius corporis, & singularum partium eius, necesse est, quod sit in corpore & in qualibet parte eius, quia necesse est formam esse in eo, cuius est forma: sed sensitivum anime dicitur potentia sensitiva quae, quia est principium sensibilis operationis animae, quae per corpus exercetur, oportet esse in aliqua determinata parte corporis, & sic principium visionis est interius iuxta cerebrum, ubi coniunguntur duo nervi ex oculis procedentes. Et ideo oportet quod intra oculum sit aliquod perspicuum receptivum luminis, ut sit vniiformis immutatio a re visa vsque ad principium visuum. Deinde cum dicitur.

c Manifestat quod dixerat per signum, quod accidit in quibusdam, qui in pugnis circa tempora vulnerantur, scissis enim poris, qui pupillam continent visum principio, subito tenebrae sunt per visum amissionem, ac si lucerna extingueretur. Pupilla enim est sicut quaedam lampas illuminata ab exteriori lumine, & ideo, quando praescinduntur pori continuantes pupillam pri-

incipio visivo, non potest lumen huius lampadis vsque ad visuum principium pervenire, & ideo visus obscuratur. Deinde cum dicitur. Exclusis salis opinionibus aliorum accedit ad principale positum. Et primo quantum ad organa sensuum non necessariorum. Secundo quantum ad organa sensuum necessariorum. ibi. Taetium autem. Circa primum duo facit. Primo adaptat organa sensuum elementis, Secundo manifestat quod dixerat. ibi. Quod enim actu odoratus. Circa primum considerandum est quod non fuit secundum sententiam Aristoteli, quod organa sensuum elementis attribuerentur, ut patet in libro de Anima: sed quia alii Philosophi organa sensuum quatuor elementis attribuebant, ideo quasi in hoc condescendens, dicit quod superpositis his, quae dicta sunt de visu, oportet secundum quod aliqui dicunt, vnumquodque sensitivum, id est, organorum sensuum, attribueri alicui vni elementorum, sicut alii faciunt. Exillimandum est, quod visuum oculi attribuentur dum sit aqua, sensitivum autem sonorum sit attribuendum aeri, igni vero odoratum. Sed hoc videtur esse contra id, quod dicitur in libro de Anima. Pupilla est aqua, auditus vero aeris, olfactus autem alterius, horum autem ignis aut nullus est, aut omnibus communis. Sed dicendum est quod id, quod est odoratum potest accipi dupliciter. Vno modo secundum potentiam, & sic organum odoratum est aeris vel aquae, ut dicitur in Secundo de Anima. Alio modo secundum actum: & sic est verum quod hic dicitur, ut ipse probabit. Et ideo signanter non dixit odoratum esse ignis, sicut dixerat sensitivum sonorum esse aeris, & visuum oculi esse aquae, sed dicit odoratum esse ignis. Odoratum enim dicitur secundum potentiam, sed odoratum secundum actum. Deinde cum dicitur.

Et rationi certe consentaneum est, ut quod intra est aqua ascribatur: perspicua enim est aqua: cernitur autem, sicut extrinsecus non sine lumine, ita & intrinsecus. Perspicuum igitur oportet esse, & aquam necesse est esse, quia non est aer, non enim in extrema oculi parte anima & illius est sensitivum, sed in intima, quae amobrem perspicuum esse, & luminis capax quod intrinsecus est oculi, necesse est.

Quod etiam ex his quae contingere solent palam est, nam quibusdam in praeterea, secundum tempora vulneratis, ita ut oculi meatus abscinderentur, visus sunt offundi tenebrae, ceu extincta lucerna, quoniam perspicuum, & ea, quam vocant pupillam, ceu lucerna quaedam exfecta esset.

Quamobrem si in iis contingit ut diximus, manifestum est, quod oportet hanc reddere modo, & assignare vnum quodque sensitivum elementorum vni cuique: ut oculi quidem visiva potentia aqua ascribatur, aeri autem sonorum sensitiva, igni vero odoratus.

Quod enim actu odoratus est, id potentia odoratum est. Sensibile namque operari facit sensum, ideo necesse est ipsum esse id, quod potentia erat prius. Odor autem fumida quaedam est exhalatio huiusmodi: vero exhalatio ab igne est.

quae, ut dicitur in Secundo de Anima. Alio modo secundum actum: & sic est verum quod hic dicitur, ut ipse probabit. Et ideo signanter non dixit odoratum esse ignis, sicut dixerat sensitivum sonorum esse aeris, & visuum oculi esse aquae, sed dicit odoratum esse ignis. Odoratum enim dicitur secundum potentiam, sed odoratum secundum actum. Deinde cum dicitur.

Concludit

Concludit ex praemissis, quod organum odoratum dicitur esse in loco, qui est circa cerebrum. Organum enim odoratum est in potentia odor in actu, qui est per calorem vel ignem, & ita oportet quod sit potentia calidum. Potentia autem calidum est materia frigida: quia eadem est materia contrariorum nec potest esse in potentia ad vnum eorum, nisi secundum quod est actu sub altero, vel perfecte, vel imperfecte: imperfecte, sicut quando est sub forma medii. & ideo oportet quod substantia & essentia organi odoratus sit id, quod est actu frigidum & humidum, quod praecipue est in loco circa cerebrum. Unde organum odoratum est circa cerebrum. Deinde cum dicitur.

f Propter quod, & circa cerebrum loco, odoratus proprium sensitivum est. Potentia enim calida frigidi materia est.

g Oculi autem generatio eundem habet modum: a cerebro enim constat. Cerebrum autem frigidius & humidius omnibus partibus corporis est.

h Tactivum autem terrae: Gustativum vero species quaedam tactus est.

i Et ideo iuxta cor sensitivum est ipsorum, scilicet gustus & tactus: cor enim oppositum est cerebro, & est calidissimum partium. Et de sensitivis quidem partibus corporis, hoc modo sit de terminatum.

LECTIO VI.

DE sensibilibus autem his, quae secundum vnum quodque sensitivum, puta dico colore, sono, odore, gustu, & tactu, vniuersaliter dictum est, quae actio ipsorum in his, quae de Anima, & quid operari secundum vnumquodque sensitivum. Quid autem oporteat dicere quodlibet eorum, scilicet quid color, quid sonus, quid odor, aut sapor, similiter & de tactu considerandum est. & primum de colore.

quod est caro. Et sicut visuum principium non est in superficie oculi, sed in interioribus, ita et principium tactivum est intrinsecus circa cor, cuius lignum est quod latius, si accidat in locis circa cor, est maxime dolorosa, nec tunc oportet esse duo principia sensitiva in animali. Vnum circa cerebrum, ubi constituitur principium visuum, odoratum, & auditivum, & aliud circa cor, ubi constituitur principium tactivum & gustativum. Sensitivum enim principium primum quidem est in corde, ubi est fons caloris in corde animalis. Nihil enim est sensitivum sine calore, ut dicitur in libro 2. de Anima: sed a corde derivatur virtus sensitiva ad cerebrum, & exinde procedit ad organa trium sensuum, visus, auditus, & odoratus: tactus autem & gustus referuntur ad ipsum cor per medium coniunctum, ut dictum est. Vltimo autem epilogat quod de sensitivis partibus corporis sit hoc modo determinatum, sicut in superioribus habitum est.

LECTIO VI.

Ostium Philosophus ad organa sensuum applicavit considerationem de sensibus animalium, hic applicat ea ad ipsa sensibilia. Et primo dicit de quo est intentio. Secundo exequitur propositum ibi. Quae admodum igitur dicitur est de lumine. Circa primum duo dicit. Primo proponit intentionem, Secundo manifestat quod dixerat. ibi. Est quidem igitur vnum quodque. Dicit ergo primo, quod de sensibilibus propriis, quae sentiuntur secundum vnum quodque sensitivum, id est, secundum singula organa sensuum, quod dicitur ad differentiam sensibilibus communium, scilicet

manifesta est. Sicut enim organum odoratum debet esse aequum ut sit ibi potentia calidum, sine quo non sit odoratum in actu, ita etiam organum gustus debet esse terreum, ut sit potentia humidum, sine quo non est gustus in actu. Deinde cum dicitur.

Quamobrem odoratus sensitivum eo proprium est loco, ubi cerebrum est: frigidi enim materia potentia est calida.

Oculi quin etiam constitutio hunc ipsum habet modum: a cerebro namque conformatus est oculus, id autem ex omnibus corporis partibus frigidissimum est, & maxime humidum.

Tactus autem potestas terra est: Gustativum vero tactus quaedam est species.

Et ideo iuxta cor ipsorum est sensitivum, gustatus inquam, & tactus: cerebro enim oppositum est cor, & omnium est partium calidissimum. Et de sensitivis quidem corporis partibus, hoc determinatum sit modo.

LECTIO VI.

DE sensibilibus autem per vnum quodque sensitivum, ut de colore, sono, odore, sapore, & tactu, generatim quidem dictum est in his, quae de Anima, quod scilicet illorum sit opus, & quid per vnumquodque sensitivum sit operari. Quid autem illorum quodque dicendum sit, ut quid color, aut sonus, aut odor, aut sapor, similiter modo de tactu, considerandum est, & primum de colore.

quod est caro. Et sicut visuum principium non est in superficie oculi, sed in interioribus, ita et principium tactivum est intrinsecus circa cor, cuius lignum est quod latius, si accidat in locis circa cor, est maxime dolorosa, nec tunc oportet esse duo principia sensitiva in animali. Vnum circa cerebrum, ubi constituitur principium visuum, odoratum, & auditivum, & aliud circa cor, ubi constituitur principium tactivum & gustativum. Sensitivum enim principium primum quidem est in corde, ubi est fons caloris in corde animalis. Nihil enim est sensitivum sine calore, ut dicitur in libro 2. de Anima: sed a corde derivatur virtus sensitiva ad cerebrum, & exinde procedit ad organa trium sensuum, visus, auditus, & odoratus: tactus autem & gustus referuntur ad ipsum cor per medium coniunctum, ut dictum est. Vltimo autem epilogat quod de sensitivis partibus corporis sit hoc modo determinatum, sicut in superioribus habitum est.

Tex. c. 63.

Tex. c. 66.

Tex. c. 91. Et de Sen. & Sensus.

Tex. c. 130.

de colore, sono, & odore, quæ sentiuntur per visum, auditum, & odoratum, & de gustu, & tactu, id est, de sensibilibus horum sensuum dictum est in libro de Anima uniuersaliter, & quomodo habent in sensum agere, & qualis sit operatio sensus secundum unumquodque organum immutatam a prædicto sensibili. Dicitur enim in

Lec. 10. & 11.

Secundo de Anima, quod sensus est potentia sensibilis, & quod sensibilia faciunt sensum esse in actu. Sed nunc considerandum est quid sit quodlibet sensibile secundum se ipsum, scilicet quid sit color, quid sonus, quid odor, quid sapor, & similitur de tactu, id est de sensibilibus tactu. Sed primum dicendum est de colore, qui est obiectum visus, eo quod visus est spiritualior inter omnes sensus. Non est autem per hoc intelligendum quod de omnibus his sensibus in hoc libro de terminare intendat, sed quod omnium horum sensibilibus consideratio, necessaria sit ad propositam intentionem, sed cum sensibilia tactus sint vel proprietates elementorum, scilicet calidum, frigidum, humidum, & hec, de quibus determinatum est in libro de Generatione, vel sint proprietates corporum, distinctio rû sicut durû & molle & alia huiusmodi, de quibus determinatum est in libro Meteororum. vnde nunc restat determinare de tribus scilicet de colore odore, & sapore. De sono enim determinatum est in libro de Anima eo quod eadem est ratio generationis soni, & immutationis auditus organi a sono. Qualiter autem immutentur organa sensuum a sensibilibus, pertinet ad considerationem libri de Anima. Deinde cum dicitur

2. lec. 16.

b Est quidem igitur unumquodque dupliciter dictum, hoc quidem actu, hoc autem potentia. Quomodo quidem actu color & sonus, & quomodo est idem vel alterum his, qui secundum actum sensibus, puta visioni & auditioni, dictum est in eis, quæ de Anima. Quid autem, unumquodque eorum existens faciat sensum, & actum nunc dicamus.

c Quemadmodum igitur dictum est de lumine in illis, quod sit color perspicui secundum accidens. Quando enim inest aliquid ignitum in perspicuo, presentia quidem lumen est, priuatio vero tenebræ.

d Quod autem dicimus perspicuum, non est proprium aeris vel aquæ, nec alicuius sic dictorum corporum, sed est quedam communis natura, & virtus, quæ separata quidem non est. In his vero est, & in aliis corporibus. In his quidem magis, in his vero minus.

Tertio lec. 2

Exponit quod dictum est, scilicet quod considerandum sit quid sit color & sapor, &c. Unumquodque horum enim dupliciter est. Vno quidem modo prout sentitur in actu. Alio vero modo, prout est sensibile in potentia. Quod autem sit unumquodque eorum secundum actum, id est, secundum quod est color actu perceptus a sensu, vel sapor vel quodcumque aliud sensibile, dictum est in libro de Anima, quomodo scilicet unumquodque horum idem sit, vel alterum sensui secundum actum, scilicet visioni vel auditioni, quia videlicet visibile in actu est idem visioni in actu, visibile autem in potentia non est idem visui in potentia, ergo quid unumquodque sensitiuum sit in actu dictum est in libro de Anima, in quo determinatum est de sensibilibus in actu: sed quid sit unumquodque eorum secundum se ipsum, quod natum est facere sensitiuum actu, est nunc dicendum in hoc libro. Deinde cum dicitur

2. Tex. c. 69.

c ¶ Determinat de sensibilibus secundum modum præactû. Et primo de colore, secundo de sapore. ibi ¶ De odore vero & sapore. ¶ Tertio de odore ibi ¶ Eodem autem modo oportet intelligere. ¶ Prima autem pars diuiditur in duas partes. In prima ostendit quid sit color in communi, in secunda parte determinat de differentijs colorum. ibi ¶ Est ergo inesse perspicuo. ¶ Circa primum duo facit. Primo proponit principia coloris, secundo inuestigat coloris definitionem ex huiusmodi principijs. ibi ¶ Quemadmodum ergo & corporum. ¶ Est autem duplex coloris principium. Vnum quidem formale, scilicet lumen, aliud materiale scilicet perspicuum. Primo ergo tangit principium formale scilicet lumen. Secundo principium materiale scilicet perspicuum. ibi ¶ Quod autem dicimus perspicuum. ¶ Dicit ergo primo quod sicut dictum est libro de Anima, lumen est color perspicui, quod quidem dicitur secundum quandam proportionem, ex eo quod sicut color est forma & actus corporis colorati, ita

lumen est forma & actus perspicui. Differt autem quantum ad hoc, quod corpus coloratum in seipso habet causam sui coloris. Sed corpus perspicuum habet lumen ab alio, & ideo dicitur, quod lumen est color perspicui secundum accidens, id est per aliud, non quia lumen sit actus perspicui in quantum huius. Quod autem sit actus eius secundum aliud, manifestat per hoc, quod quando aliquod corpus ignitum, id est, actu lucidum, ad est perspicuo, ex presentia eius sit lumen in perspicuo, ex priuatione vero sunt, tenebræ. Non sic autem est de colore, quæ color manet in corpore colorato quocumque presente vel absente, licet non sit actu visibilis sine lumine. Deinde cum dicitur

Illorum igitur unumquodque biseriam dicitur, actu scilicet & potestate. Quomodo autem color actu & sonus eadem sint, uel diuersa a sensibus, qui sunt actus, ut a visione, & auditione, in commentarijs de Anima dictum est. Quod autem eorum unumquodque existens sensum efficiat & actum, nunc re conseruamus.

¶ Quemadmodum igitur dictum est de lumine in illis, quod sit color perspicui per accidens. Nam quod ignitum quippiam inest perspicuo, illius quidem presentia lumen est, absentia vero tenebræ.

¶ Quid autem uocamus perspicuum non est aeris aut aquæ, aut alicuius sic appellatorum corporum proprium, sed communis quedam natura & potestas, quæ separata quidem non est, in his autem est, & alijs etiam inest corporibus, his quidem magis, illis vero minus.

nebat communia, sicut sunt separata secundum rationem, ita etiam separata esse secundum esse, id eo ad hoc excludendum, subiungit, quod natura perspicuitatis non est aliqua natura separata, sed est in his corporibus sensibilibus, scilicet in aere & aqua, & in alijs, in quibusdam quidem magis, in quibusdam vero minus. Ad cuius euentiam sciendum est, quod Philosophus dicit in secundo de Anima, visibile non solum est color, sed etiam quoddam aliud, quod ratione comprehenditur in nominatum. Est autem in genere visibilis communiter acceptis, aliquid ut actus, aliquid vero ut potentia: non est autem in hoc genere ut actus, aliqua qualitas propria alicuius elementorum, sed ipsam lumem, quod est quidem primo in corpore celesti, deriuatur autem ad inferiora corpora. ut potentia quidem in hoc genere est id, quod est proprium luminis susceptiuum, quod quidem in triplici ordine graduum se habet. Primus quidem gradus cum id quod est luminis susceptiuum est totaliter lumine repletum, quasi perfecte in actu reductum, ita quod ulterius non sit receptiuum alicuius qualitatis vel forme huius generis, quod quidem inter omnia corpora maxime competit Soli. Vnde corpus solare non potest esse medium in visu, ut sit recipiens & reddens formam visibilem. Proprietas autem lucendi secundum ordinem quandam de scendendo, procedit usque ad ignem, ulterius usque ad quedam corpora, quæ propter paruitatem sui luminis, non possunt lucere nisi in nocte, ut supra dictum est. Secundus gradus est eorum, quæ de se non habent lumen in actu, sed sunt susceptiua luminis per totum huiusmodi corpora proprie dicuntur perspicua sine transparentia, vel diaphana. Phanon enim in greco id est quod visibile. Et hæc quidem proprietates transparentium inueniuntur quidem maxime in corporibus celestibus præter corpora astrorum, quæ occultant quod post se est, secundario autem in igne, secundum quod est in propria sphaera propter raritatem, tertio in aere, quarto in aqua, quinto etiam in quibusdam te renis corporibus propter abundantiam aeris vel aquæ in ipsis. Tertius & infimus gradus est terræ, quæ maxime distat a corpore celesti, quæ minime nata est recipere de lumine, sed in superficie tantum: exteriores enim partes propter sui grossitatem interiores, obumbrant, ut ad eas non perueniat lumen, quantum autem in solis corporibus medijs gradus proprie dicatur perspicuum, vel diaphanum secundum nominis proprietatem, communiter tamen

Tex. c. 72.

Tex. c. 54.

men loquendo, potest dici perspicuum, quod est luminis susceptiuum qualitercunque. Et ita videtur Philosophus hic de perspicuo loqui. Deinde cum dicitur

¶ Inuestigat definitionem coloris. Et primo inuestigat genus. Secundo differentiam. ibi ¶ Sed eandem naturam. ¶ Tertio de definitionem concludit, ibi ¶ Quare color utique etiam. ¶ Est autem considerandum quod semper oportet subiectum ponere in definitione accidentis, ut dicitur septimo Metaphysicæ. differenter tamen. Nam si accidens definitur in abstracto, subiectum ponitur loco differentie, id autem, quod pertinet ad genus accidentis, ponit loco generis, sicut cum dicitur symitas est curuitas nasi. Cum autem accidens definitur in concreto, econuerso subiectum ponitur loco generis: sicut cum dicitur, lymus est nasus curuus. Quia ergo hic color definitus est in abstracto, primo incipit inuestigare loco generis id, quod est essentialiter ipse color. Et concludit ex prædictis, quod cum perspicuum non sit natura separata, sed in corporibus existens, necesse est quod sicut corpus, in quibus hæc natura inuenitur est aliquid vltimum, si sit finita, ita & ipsius perspicui, quod significat qualitatem talium corporum, oportet esse aliquid vltimum. Et eadem ratio est de omnibus qualitatibus corporum, quæ per accidens sunt quanta secundum corporum quantitatem. vnde per accidens terminatur in corporum terminationem. Est ergo considerandum, quod sicut corporum, quædam terminata dicuntur, quia proprijs terminantur, sicut corpora terrena, quædam interminata, eo quod non terminantur proprijs terminis, sed alienis, ita etiam est & circa perspicuum. Quoddam enim est interminatum ex seipso, quia nihil habet in se determinatum, vnde ipsum videatur. Quoddam autem est terminatum, quia determinate habet aliquid in seipso, vnde uideatur secundum propriam terminationem. Perspicuum igitur indeterminatum est susceptiuum luminis, cuius natura non est ut suscipiat solum in extremo, sed per totum medium. Manifestum est autem quod ipsius perspicui, quod significat qualitatem in corporibus existentem, ut dictum est, est aliquid vltimum, & quod sit color, manifestum est ex his, quæ accidunt. non enim videtur corpora colorata, nisi secundum suas extremitates. Per quod apparet quod color, vel est extremitas corporis, vel est in extremitate corporis. Et inde est quod Pythagorici colorem vocabant epiphaniam, id est apparitionem: quia illud, quod apparet in superficie corporum, color est. Non est autem verum quod color sit extremitas corporis, ut Pythagorici posuerunt. quia sic esset superficies, vel linea, vel punctus: sed est in extremitate corporis, sicut natura perspicui est in corporibus. Deinde cum dicitur

¶ ¶ Inuestigat id quod ponitur in definitione coloris sicut differet, scilicet eius subiectum quod est perspicuum. Et dicit, quod oportet existimare eandem naturam esse, quæ est susceptiua coloris in corporibus, quæ colorantur exterius, id est, non per pro-

¶ ¶ Quemadmodum ergo & corporum, necesse est vltimum esse & huius luminis quidem igitur natura, in indeterminato perspicuo est. Ipsius autem quod in corporibus perspicui vltimum, quod quidem erit utique aliquid, palam est. Quod autem hoc sit color ex accidentibus manifestum. Namque color in extremitate, aut extremitas est. Vnde Pythagorici epiphaniam colorem vocabant. Est quidem, non in corporis extremitate, sed non est extremitas corporis. ¶ Sed eandem naturam oportet existimare, & eam quæ exterius coloratur, & hæc quæ & interius. Videntur autem aer & aqua colorata. Etenim aurora talis. Sed ibi quidem, quæ in indeterminato accidit, non eundem colorem habet accedentibus prope, & longe, nec aer, nec mare. In corporibus vero: nisi continens faciat transmutationem, determinata est phantasia coloris. Manifestum igitur quod idem & ibi, & hic, susceptiuum coloris est. Perspicuum ergo secundum, quod existit in corporibus. (In est autem, aut plus aut minus) in omnibus coloris facit participare. Quoniam autem in extremitate color, huius utique, extremitas aliqua erit.

¶ ¶ Quare color utique erit perspicui extremitas in determinato corpore.

¶ ¶ Quæ est vel interius, vel exterius, manifestum est quod vtrisque est idem susceptiuum coloris. Manifestum etiam, quia in his, quæ colorantur ab exteriori, perspicuum est susceptiuum coloris, & etiam quod in his, quæ colorantur interius, perspicuum est quod facit ea participare colorem, quod quidem perspicuum in corporibus inuenitur secundum magis & minus, ut dictum est. Quæ uero istorum corporum plus habent de aere vel aqua, plus habent de perspicuo minus autem habent, quæ superabundant in terrestri. Si ergo coniungamus duo, quæ dicta sunt, scilicet quod color sit in extremitate corporis, & quod corpora participent colorem secundum perspicuum, sequitur quod color sit quedam extremitas perspicui. Deinde cum dicitur

¶ ¶ Concludit definitionem coloris. & primo in his, quæ per se colorantur interius, secundo in his, quæ colorantur ab exteriori. ibi ¶ Et ipsorum autem perspicuorum. ¶ Concludit ergo, quod color est extremitas perspicui in corpore determinato, quod quidem additur, eo quod huiusmodi corpora sunt, quæ secundum se colorantur. In definitione autem debet poni id, quod est in se. Quod autem dicit colorem esse extremitatem perspicui, non repugnat ei, quod dixerat supra, colorem non esse extremitatem: illud enim dixit de extremitate corporis, hoc autem de extremitate perspicui: quod nominat corporis qualitatem, sicut calidum & album. Et ideo color non est in genere qualitatis, sicut superficies, quæ est extremum corporis, sed est in genere qualitatis, sicut & perspicuitas: quia extremum, & id cuius est extremum, vnius generis sunt. Si autem corpora intrinsecus quidem habent superficiem

primum colorem, sed ex aliquo exteriori, & in his, quæ colorantur interius per proprium colorem. Illa autem, quæ colorantur ab exteriori, sunt perspicua, sicut aer, & aqua, & hoc manifestat per colorem, qui apparet in aurora ex resplendentia radiorum solis ad aliqua corpora. Assignat tamen differentiam inter corpora, quæ colorantur ab exteriori, vel a seipsis. In his enim, quæ ab exteriori colorantur propter hoc, quod non habent determinatum colorem de se, non videtur idem color de prope & de longe, sicut apparet in aere & aqua maris, quæ de longe apparet alterius coloris, quam de prope. Quia enim horum color videtur secundum aliquam reuerberationem, necesse est, quod secundum varietatem situs perspicentium varietur apparitio propter diuersam reuerberationis figuram: sed in corporibus, quæ de se habent determinatum colorem est determinata phantasia, id est, apparitio coloris, & non variatur secundum diuersum situm aspicientium, nisi forte per accidens, puta cum corpus continens facit aliquam transmutationem apparitionis, vel quando color videtur per alium: sicut quæ continentur in vase vitri rubei videntur rubea: vel etiam per aliquam reuerberationem splendoris, sicut patet in collo columbæ. Quia igitur color, qui videtur in vtrisque corporibus, non differt secundum proprium subiectum coloris, sed secundum apparitionis causam,

¶ ¶ Quemadmodum igitur corporum necesse est aliquid esse vltimum, ita & huius. Quod autem illius, quod in corporibus est, perspicui extremum sit quoddam, palam est omnibus. Quod vero id sit color, ex his, quæ accidunt est manifestum: color enim aut in extremitate est, aut extremum. Quomobrem Pythagoræi superficiem coloris corpore, sed non est corporis extremum.

¶ Verum eandem oportet censere naturam, quæ coloratur extrinsecus, intrinsecus etiam colorari. Apparet autem aer & aqua colorata, quoniam splendor talis est. Sed in his quidem, quoniam interminata est de prope & accedentibus, & a longe, neque aer, neque mare eundem habent colorem, in corporibus vero, nisi id, quod continet mutationem faciat, determinata est coloris apparentia. Manifestum igitur est quod idem & hic & ibi capax coloris est. Propterea perspicuum, in quantum corporibus inest, inest autem aut plus, aut minus, ut colore participant omnia sane præstat. Quoniam autem in extremo est color, in huius sane erit extremo.


¶ ¶ Iccirco color perspicui in corpore determinato erit extremum.

¶ ¶ Quæ est vel interius, vel exterius, manifestum est quod vtrisque est idem susceptiuum coloris. Manifestum etiam, quia in his, quæ colorantur ab exteriori, perspicuum est susceptiuum coloris, & etiam quod in his, quæ colorantur interius, perspicuum est quod facit ea participare colorem, quod quidem perspicuum in corporibus inuenitur secundum magis & minus, ut dictum est. Quæ uero istorum corporum plus habent de aere vel aqua, plus habent de perspicuo minus autem habent, quæ superabundant in terrestri. Si ergo coniungamus duo, quæ dicta sunt, scilicet quod color sit in extremitate corporis, & quod corpora participent colorem secundum perspicuum, sequitur quod color sit quedam extremitas perspicui. Deinde cum dicitur

¶ ¶ Concludit definitionem coloris. & primo in his, quæ per se colorantur interius, secundo in his, quæ colorantur ab exteriori. ibi ¶ Et ipsorum autem perspicuorum. ¶ Concludit ergo, quod color est extremitas perspicui in corpore determinato, quod quidem additur, eo quod huiusmodi corpora sunt, quæ secundum se colorantur. In definitione autem debet poni id, quod est in se. Quod autem dicit colorem esse extremitatem perspicui, non repugnat ei, quod dixerat supra, colorem non esse extremitatem: illud enim dixit de extremitate corporis, hoc autem de extremitate perspicui: quod nominat corporis qualitatem, sicut calidum & album. Et ideo color non est in genere qualitatis, sicut superficies, quæ est extremum corporis, sed est in genere qualitatis, sicut & perspicuitas: quia extremum, & id cuius est extremum, vnius generis sunt. Si autem corpora intrinsecus quidem habent superficiem


in potentia, non autem actu, ita etiam intrinsecus non coloratur in actu, sed in potentia, quae reducitur ad actum facta corporis diuisione. Illud autem intrinsecum non habet virtutem mouendi visum, quod per se colori conuenit. Deinde cum dicitur h. Manifestat rationem coloris quantum ad ipsa perspicua in terminata, sicut est aqua vel quicquid aliud huiusmodi habet aliquem colore, quia in omnibus his non est color, nisi secundum extremum.

LECTIO VII.



Philosophus ostendit quid est color, hic procedit ad distinguendum species colorum. Et primo quantum ad colores extremos, secundum quantum ad colores medios. ibi. De alijs autem coloribus. Quia vero differentiae, quibus species distinguuntur, debent esse per se generis diuisiue & non per accidens, ut patet septimo Metaphysicorum. Ex ipsa natura coloris, quam per definitionem supra positam explicauerat, concludit diuersitatem specierum ipsius. Habitum est enim ex praemissis, quod substantiam coloris est perspicuum secundum suum extremum in corporibus terminatis, proprius autem actus perspicui in quantum huius, est lux, cuius praesentia in diaphano non determinatur, sicut est aer, facit lumen, eius autem absentia facit tenebras. Contingit ergo in extremo perspicui terminatorum corporum inesse illud, quod in aere facit lumen, & hoc facit ibi colore album, & per eius absentiam efficietur color niger. quod quidem non est sic intelligendum quasi in colore nigro nihil sit luminis. sic enim nigredo non esset contraria albedini, ut pote non participans eandem naturam, sed esset pura priuatio, sicut tenebra aeris. Sed dicitur nigredo causari per absentiam luminis, quia minimum habet de lumine inter omnes colores, sicut albedo plurimum. Contraria enim sunt, quae in eodem genere maxime distant, ut dicitur decimo Metaphysicorum. Deinde cum dicitur b. Procedit ad distinguendum colores medios & diuiditur in partes duas. In prima ponit quosdam modos generationis & distinctionis colorum mediorum non secundum ipsorum existentiam, sed secundum apparentiam, secundo assignat veram generationem colorum secundum suam naturam. ibi. Si autem commixtio est corporum. Circa primum Philosophus duo facit. Primo ponit duos modos generationis & distinctionis mediorum colorum secundum apparentiam. Secundo comparat illos modos adinuicem. ibi. Dicere autem sicut Antiqui. Prima pars diuiditur in duas, secundum duos modos, quos ponit secunda pars incipit. ibi. Vnus autem apparere. Circa primum duo facit. Primo ponit generationem colorum mediorum, secundo assignat distinctionem ipsorum. ibi. Multos autem proportionem. Dicit ergo primo, quod cum dictum sit de coloribus extremis, dicendum est de alijs coloribus scilicet medijs, distinguendo quot modis co-

LECTIO VII.



St ergo inesse in perspicuo hoc quod in aere facit lumen, est autem non, sed priuatum esse. Quemadmodum igitur ibi hoc quidem lumen, hoc vero tenebrae, ita & in corporibus inesse album & nigrum.

LECTIO VII.


De alijs autem coloribus iam diuidentes quot modis contingit fieri, dicendum. Contingit enim inuicem positum albo & nigro, ita quod vnumquodque eorum sit inuisibile propter paruitatem. Quod autem ab ambobus visibile, sic fieri, hoc enim neque album potest videri, neque nigrum, quoniam autem necesse quidem est quandam colorem habere, neutrum autem horum possibile est, necesse est commixtum esse, & speciem quandam coloris aliam. Est quidem ergo sic accipere plures colores esse, quam album, & nigrum.

LECTIO VII.

Multos autem proportionem, tria ad duo & tria ad quatuor, & secundum alios numeros est iuxta se inuicem latere. Hi autem omnino secundum nullam proportionem sunt, sed secundum abundantiam quandam & defectum incommensurabilem.

tingit eos generari. Supponitur ergo aliquid esse inuisibile propter eius paruitatem: contingit ergo duobus paruis corporibus non visibilibus propter paruitatem iuxta se positus, quorum vnum sit nigrum, & aliud sit album, illud quod ex utroque compositum est, videri per maiorem quantitatem. Omne autem quod videtur in huiusmodi corporibus, est aliquis color videtur. Illud autem totum, nec videtur ut album, nec ut nigrum, quia tam illud, quod est album, quod illud, quod est nigrum in ipso positum, est esse inuisibile propter paruitatem. Vnde necesse est quod videatur quasi quidam color ex utroque commixtus, & sic fit alia species coloris praeter album & nigrum. Ex quo patet: quod contingit colores plures accipere, quod album & nigrum. Deinde cum dicitur c. Assignat distinctionem mediorum colorum & primo assignat causam distinctionis mediorum colorum ex diuersa proportionem albi & nigri, scilicet assignat causam, quare quidam colores medijs delectabiles, & quidam non, ibi. Et eodem modo. Circa primum considerandum est, quod sicut Philosophus dicit 10. Metaphysicorum mensurae primo quidem inueniuntur in numeris, secundo in quantitatibus commensuratis, deinde ultimo transferuntur etiam ad qualitates. Et in eis potest inueniri excessus vni qualitatis super aliam: sive per modum intentionis, prout aliquid dicitur alio albus, sive per modum extensionis, prout dicitur albedo maior, quae est in maiori superficie. Quia vero proportio est quaedam habitudo quantitatum ad inuicem, vbi quocumque dicitur quantum aliquo modo, ibi potest dici proportio. & primo quidem in numeris, qui omnes sunt ad inuicem commensurabiles. Communicant autem omnes in prima mensura, quae est vnitas. Sunt autem diuersae proportionem numerorum, secundum quod diuersi numeri adinuicem comparantur. Alia enim est proportio, tria ad duo, quae vocatur sex quialtera, & alia quatuor ad tria, quae vocatur sex quitercia. Quia vero quantitates continuae non resoluantur in aliquod inuisibile sicut numeri in vnitatem, non est necesse omnes quantitates continuas esse adinuicem commensurabiles, sed est inuenire aliquas, quarum vna excedat alteram, quae tamen non habet commensurabilem. Quaecumque tamen quantitates continuae proportionantur adinuicem, secundum proportionem numeri ad numerum, earum est vna mensura communis, puta si vna sit trium cubitorum, & alia quatuor, utraque mensuratur cubito. Et ad hunc modum in qualitatibus etiam contingit esse excessum & defectum: vel secundum aliquam proportionem numeralem, vel secundum excessum commensurabilem. Et hoc est quod dicitur, quod contingit esse multos colores secundum diuersas proportionem: contingit enim quod album iaceat iuxta nigrum, secundum proportionem duorum ad tria, vel trium ad quatuor, vel quorilibet aliorum numerorum, aut secundum nullam proportionem numeralem, sed solum secundum incommensurabilem superabundantiam & defectum. Deinde cum dicitur

LECTIO VII.



T sane accidit ipsi inesse in perspicuo huiusmodi quippiam, quod in aere facit lumen, contingit etiam non inesse, sed priuatum. Quemadmodum igitur ibi hoc quidem lumen, illud vero tenebrae, ita in corporibus sunt album & nigrum.

LECTIO VII.

De alijs autem coloribus nobis dicendum est prius, tamen diuidendo, quot fieri modis contingit illis. Contingit autem iuxta se positum albo & nigro, ita ut eorum neutrum ob paruitatem cernatur. Ambobus autem iuncta videantur, sic fieri, id enim neque album, neque nigrum esse potest, quoniam vero necesse est quempiam habere colorem, illorum autem neutrum esse potest, mixtum quiddam, coloris, quae speciem diuersam esse necesse est. Et hoc profecto existimare licet modo, plures esse colores quam album & nigrum.

LECTIO VII.

Multos autem proportionem. Tria enim ad duo, & rursum tria ad quatuor, & per alios numeros iuxta se inuicem consistere contingit. Alios autem nulla omnino proportionem, sed excessu defectuque incommensurabili.

cie. Quia vero proportio est quaedam habitudo quantitatum ad inuicem, vbi quocumque dicitur quantum aliquo modo, ibi potest dici proportio. & primo quidem in numeris, qui omnes sunt ad inuicem commensurabiles. Communicant autem omnes in prima mensura, quae est vnitas. Sunt autem diuersae proportionem numerorum, secundum quod diuersi numeri adinuicem comparantur. Alia enim est proportio, tria ad duo, quae vocatur sex quialtera, & alia quatuor ad tria, quae vocatur sex quitercia. Quia vero quantitates continuae non resoluantur in aliquod inuisibile sicut numeri in vnitatem, non est necesse omnes quantitates continuas esse adinuicem commensurabiles, sed est inuenire aliquas, quarum vna excedat alteram, quae tamen non habet commensurabilem. Quaecumque tamen quantitates continuae proportionantur adinuicem, secundum proportionem numeri ad numerum, earum est vna mensura communis, puta si vna sit trium cubitorum, & alia quatuor, utraque mensuratur cubito. Et ad hunc modum in qualitatibus etiam contingit esse excessum & defectum: vel secundum aliquam proportionem numeralem, vel secundum excessum commensurabilem. Et hoc est quod dicitur, quod contingit esse multos colores secundum diuersas proportionem: contingit enim quod album iaceat iuxta nigrum, secundum proportionem duorum ad tria, vel trium ad quatuor, vel quorilibet aliorum numerorum, aut secundum nullam proportionem numeralem, sed solum secundum incommensurabilem superabundantiam & defectum. Deinde cum dicitur

Te. co. 2. Et 8. Physicorum. com. 68.


ostendit, quare quidam colores sunt delectabiles, & quidam non, & assignat circa hos duas rationes. Secunda ponit, ibi. Vel etiam omnes colores. Dicit ergo primo, quod ex quo medijs colores distinguuntur secundum diuersas proportionem albi & nigri. Eodem modo oportet se habere in medijs coloribus sicut & in consonantijs, quae causantur secundum proportionem vocis grauis & acutae. Sicut enim in consonantijs illae sunt proportionatissimae, & delectabilissimae, quae consistunt in numeris, sicut dyapason in proportione duorum ad vnum, & diapente in proportione trium ad duo: ita etiam in coloribus illi, qui consistunt in proportione numeralem, & hi etiam videtur delectabilissimae, sicut croceus & purpureus, id est, ruber & subruber. Et sicut paucis sunt symphoniarum delectabilis, ita etiam pauci sunt colores tales. Alij vero colores, qui non sunt delectabiles, non consistunt in proportione numeralem, deinde cum dicitur c. Assignat aliam rationem, quare quidam colores sunt delectabiles, & quidam non. Et dicit quod omnes species colorum possunt dici, quod sunt ordinatae secundum numeros. Et potest ad hoc moueri, quia si sit excessus solum, secundum superabundantiam & defectum, non erit alia species coloris, sed tunc solum quando superabundantia & defectus est secundum aliquam proportionem numeralem. Hoc autem supposito adhuc sequetur tur ipsos eosdem colores esse inordinatos, quando non sunt puri, ut puta si in vna parte sit excessus albi supra nigrum secundum vnam proportionem, in alia autem parte secundum aliquam aliam numeralem proportionem, & hoc confuse & abique ordine. Et ideo quando non erit per totum eadem proportio numeralem, sequitur quod huiusmodi colores erunt inordinati & indelectabiles. Vltimo autem concludit hanc esse vnum modum generationis mediorum colorum. Deinde cum dicitur f. Ponit secundum modum generationis mediorum colorum. Et primo assignat generationem colorum mediorum. Secundo distinctionem ipsorum. ibi. Multi autem & sic erunt. Dicit ergo primo, quod praeter modum generationis mediorum colorum, est vnus alius modus generationis mediorum colorum secundum apparentiam, per hoc quod vnus colorum apparet per alium. Ita quod ex duobus coloribus resultat apparetio cuiusdam medijs coloris. Et ponit duo exemplum, primum in Artificibus, sicut quandoque faciunt pictores ponentes vnum colorem super alium, ita tamen quod manifestior sit

Eodem itaque modo, hoc oportet habere & in consonantijs. Qui quidem in numeris, proportionatissimi sunt colores, quemadmodum ibi concordantias, hi autem delectabilissimi colorum esse videtur, veluti croceus & puniceus. Pauci autem tales propter causam, per quam quidem & symphoniarum paucis. Qui autem non in numeris, alii colores.

Vel etiam omnes colores in numeris esse, alios quidem ordinatos, alios vero inordinatos. & hos ipsos, quando non puri sunt, quia non sunt in numeris tales heri. Vnus si quidem modus generationis colorum, hic est. Vnus autem apparere alterum per alterum. Quemadmodum animalium pictores faciunt alterum colorum super alterum, & manifestiorem super ponentes, quemadmodum quoniam in aqua vel aere, volunt aliquid facere apparet, & quemadmodum Sol secundum se quidem albus videtur: per caliginem vero & fumum puniceus.

Multi autem, & sic erunt colores eodem modo prius dicto. proportio enim erit vtrique quaedam eorum, qui in superficie, ad eos, qui sunt in profundo. Quaedam autem & omnino non sunt in proportione.

LECTIO VIII.



Dicere autem sicut Antiqui, defluxionem esse colorem, & videri propter talem causam, incongruum. Omnibus enim modis per tactum necesse ipsis facere sensum. Quare mox melius est dicere per moueri inter medium sensus a sensibili fieri sensum, quam tactu & defluxionibus.

parat praedictos modos adinuicem. ibi. Insunt secus inuicem. Tertio ostendit quantum ad quid vtrique praedictorum modorum iustitiam possint. ibi. Quare si non contingit. Dicit ergo primo, quod Antiqui posuerunt colorem nihil aliud esse, quam quandam effluxum a corporibus visis, sicut supra Democritus, & etiam Empedocles posuerunt, quod visio sit propter huiusmodi causam, scilicet propter defluxum a coloribus visis. Et quia vnum quodque videtur per proprium colorem, id crediderunt nihil aliud esse colorem, quam huiusmodi defluxionem. Sed hoc dicere est omnino incongruum, non enim poterat ponere, quod huiusmodi corpora, defluentia a corporibus visis ingrederentur intra oculum, quia sic corrumpeteretur substantia eius. Vnde oportebat omnibus modis quod poterant, quod visio


lor id est fortior & tenacior subtrus ponatur. alioquin si debilius poneretur subtrus, nullatenus apparet, & hoc praecipue faciat quando volunt facere in sua pictura quod aliquid appareat, ac si esset in aere vel aqua, ut puta cum pingunt pisces quali in mari nantes. tunc enim superponunt fortiori colori piscium, quendam debilem colorem, quae si aqua. Aliud vero exemplum ponit in rebus naturalibus. Sol enim secundum se videtur albus propter luminis claritatem: sed quando videtur a nobis mediante caligine sive fumo resoluente a corporibus, sicut tunc puniceus, id est, rubicundus. Et sic patet quod id, quod secundum se est vnus coloris quando videtur per alium colorem facit apparentiam tertii coloris. Fumus enim se non est ruber, sed magis niger. Deinde cum dicitur g. Assignat etiam secundum hunc modum rationem distinctionis colorum. Et dicit, quod eodem modo multiplicatur medijs colores secundum hunc modum generationis eorum, sicut & secundum praedictum scilicet, secundum proportionem. Est enim accipere quanda proportionem coloris infra positam, quod dicitur esse in profundo, ad colorem supra positum, quem dicit esse in superficie. Et quidam tamen colores, super & infra positum non sunt in proportione aliqua numerali. & ideo causantur colores ut delectabiles & indelectabiles. ut supra dictum est.

Aut certe omnes in numeris esse colores, & alios quidem ordine dispositos, alios nullo ordine. & hos ipsos cum minus puri fuerint, quoniam non sint in numeris tales fieri. Vnus quidem colorum constitutionis modus, hic est.

Alter autem, cum per alterum apparere, quemadmodum interdum pictores solent: cum alium colorem, evidentiori alio superinducunt. si quidem in aqua quippiam, aut in aere quod apparcat efficere cupiunt. Atque ut Sol, qui de per se quidem albus cernitur, per caliginem autem vel fumum puniceus apparet.

Multi autem sic erunt colores eodem modo dictum est modo: proportio enim quaedam sane erit eorum, qui in superficie sunt, ad illos qui in profundo existunt, quidam autem in nulla penitus erunt proportione.


LECTIO VIII.



Absurdum igitur est dicere, ut veteres uoluerunt, colores defluxus esse quosdam, & talem ob causam videri omnium. De illorum sententia per contactum sensationem fieri necesse est, quoniam obrem melius continuo est dicere sensationem fieri, quia sensus interstitium a re sensibili moueatur, quam contactu & defluxionibus.

parat praedictos modos adinuicem. ibi. Insunt secus inuicem. Tertio ostendit quantum ad quid vtrique praedictorum modorum iustitiam possint. ibi. Quare si non contingit. Dicit ergo primo, quod Antiqui posuerunt colorem nihil aliud esse, quam quandam effluxum a corporibus visis, sicut supra Democritus, & etiam Empedocles posuerunt, quod visio sit propter huiusmodi causam, scilicet propter defluxum a coloribus visis. Et quia vnum quodque videtur per proprium colorem, id crediderunt nihil aliud esse colorem, quam huiusmodi defluxionem. Sed hoc dicere est omnino incongruum, non enim poterat ponere, quod huiusmodi corpora, defluentia a corporibus visis ingrederentur intra oculum, quia sic corrumpeteretur substantia eius. Vnde oportebat omnibus modis quod poterant, quod visio

LECTIO VIII.



Ostis duobus modis generationis colorum mediorum, hic comparat praedictos modos adinuicem. Et circa hoc tria facit. Primo excludit quandam positionem, ex qua praedebat vnus praedictorum modorum, Secundo comparat praedictos modos adinuicem. ibi. Insunt secus inuicem. Tertio ostendit quantum ad quid vtrique praedictorum modorum iustitiam possint. ibi. Quare si non contingit. Dicit ergo primo, quod Antiqui posuerunt colorem nihil aliud esse, quam quandam effluxum a corporibus visis, sicut supra Democritus, & etiam Empedocles posuerunt, quod visio sit propter huiusmodi causam, scilicet propter defluxum a coloribus visis. Et quia vnum quodque videtur per proprium colorem, id crediderunt nihil aliud esse colorem, quam huiusmodi defluxionem. Sed hoc dicere est omnino incongruum, non enim poterat ponere, quod huiusmodi corpora, defluentia a corporibus visis ingrederentur intra oculum, quia sic corrumpeteretur substantia eius. Vnde oportebat omnibus modis quod poterant, quod visio

habet per contactum corporum resolutorum ad ipsum oculum, ex huiusmodi contactu immutatum ad videndum. Si ergo immutatio talis sufficit ad causandum visionem, melius est dicere quod visio fiat per hoc quod medium statim a principio mouetur & sensibili, quam dicere visionem fieri per contactum & deflexionem. Natura enim per pauciora se expediat in quantum potest. Sunt autem, & alia, quibus praedicta positio ostenditur esse falsa, primo quidem, quia si visio fieret per contactum, tunc sensus visus non distingueretur a tactu, quod patet esse falsum. Visus enim non est cognoscitius contrarietatum tactus. Secundo, quia cor pora visa per continuum defluxum diminuerentur: & tandem totaliter consumerentur, nisi alijs defluxionibus superuenientibus, eorum quantitas seruaretur. Tertio, quia huiusmodi corpora deflexione a rebus visis cum sint subtilissima, a ventis percellerent. Vnde non fieret recta visio. Quarto, quia visus non indigeret lumine ad videndum ex quo visio fieret per contactum visibilis: & multa alia huiusmodi inconuenientia sequuntur, quae quia manifesta sunt, Philosophus praetermisit. Deinde cum dicit.

b Comparat praedictos modos ad inuicem. Vbi considerandum est, quod primum modus generationis mediatorum colorum assignabatur ab illis, qui ponebant colorem esse deflexionem. Et ideo, postquam Aristoteles ostendit falsitatem huius positionis secundum se, concludit inconueniens, quod sequitur eis in hac assignatione generationis colorum mediatorum. Et dicit, quod in hoc quod ponunt medios colores generari, per hoc quod colores extremi secus inuicem ponuntur, necesse est eis dicere, non solum quod magnitudo sit inuisibilis, sed etiam quod aliquod tempus sit inuisibile: ad hoc quod habeant propositum, quia ponebant visionem fieri per motum localem corporum defluentium. Nihil autem mouetur ad aliquam distantiam secundum motum localem, nisi in tempore. Oportet autem assignare aliquod tempus, in quo defluxus fiat a re visa ad oculum, & tanto oportet ponere maius tempus, quanto fuerit maior distantia. Manifestum est autem quod corporum minorum secus inuicem positorum non est omnino eadem distantia ad oculum, & sic oportet diuersa esse tempora, in quibus perueniunt motus ab eis ad oculum. Non ergo videbitur totum, quod ex huiusmodi corporibus componitur vt vnum, sicut supra ponebatur, nisi lateat tempus, in quo vnus motus praecipit alium. Et ita necesse est ponere tempus inuisibile in hoc modo generationis colorum. Sed hic, i. in secundo modo generationis colorum, nulla necessitas est, quod ponatur tempus inuisibile, quia non ponitur visio fieri per defluxum secundum motum localem, sed ille color, qui in superficie ponitur, immobilis existens, id est cum, maneat immobilis secundum locum, immutatur tamen per motum alterationis ab inferiori colore, ita vt non similiter moueat visum, sicut, per se

moueret, vel color supra positus vel suppositus, vel alius color medius apparebit, & nec album, nec nigrum. Est autem considerandum quod ponentibus visum fieri per deflexionem & tactum, etiam remota generatione mediatorum colorum, quam ponebant, sequitur tempus esse inuisibile. Oportet enim eos dicere quod nullum corpus totum simul videatur, sed per aliquam temporis successione, cum ponant visum fieri per contactum. Non est autem possibile quod totum aliquid magni corpus, vel defluxus eius simul tangeretur a pupilla, propter eius paruitatem. Et ideo sequitur tempus esse inuisibile, cum de aliquibus nobis videatur, quod simul ea tota videantur.

Est tamen considerandum quod aliquod corpus visum se offerens potest considerari dupliciter. Vno modo secundum quod est totum vnum in actu: & singulae partes eius in eo exilientes sunt quodam modo in potentia: & sic visio fertur in totum si multum, sicut in aliquid vnum, non autem in aliquam eius partem determinate. Alio autem modo potest considerari corpus, quod visui se offert: secundum quod aliqua pars ipsius accipitur vt determinata in seipso, & quasi ab alijs partibus distincta: & sic visus distinetur in totum simul, sed in vniam partem partitam. Et hoc quidem tempus, quo visio totius meturatur, non est inuisibile simpliciter, cum anima, sentiendo prius & posterius in motu, sentiat tempus, vt patet in Quarto Physicorum. Sed tanto est huiusmodi tempus sensibilius, quanto sensus fuerit perspicacior, & maior diligentia fuerit apposta. Deinde cum dicit.

c Ostendit, qualiter praedicti duo modi generationis colorum sustineri possint, & vsque ad quid se extendant, scilicet vsque ad apparentiam, concludens ex praedictis, quod si non contingit aliquam magnitudinem esse inuisibilem, sed quaelibet magnitudo ab aliqua distantia est visibilis, vt sequitur, erit quaedam commixtio colorum, haec scilicet per alternos colores, & illo etiam modo, per positionem colorum, secus inuicem, nihil prohibet, quin appareat quidam color communis ab aliqua distantia, ex qua scilicet non potest videri per se, vt quae color simplicium propter corporis paruitatem. Quod autem nulla magnitudo sit inuisibilis simpliciter propter paruitatem, dicit in sequentibus esse videndum. Deinde cum dicit.

d Ponit modum generationis mediatorum colorum, qui est non solum secundum apparentiam, sed secundum existentiam. Et primo determinat generationem mediatorum colorum, secundo assignat rationem distinctionis ipsorum secundum istum modum generationis, ibi: Multi autem erunt. Quia vero iste modus generationis mediatorum colorum accipitur secundum mixturem corporum, ideo praemittit primo de mixture corporum ad inuicem, & subiungit secundo de mixture colorum, ibi: Simul autem quae sit necessitas. Dicit ergo primo, quod mixtio corporum ad inuicem non solum est secundum quidem

hunc modum, quem quidam putauerunt, quod quaedam minima iuxta alia ponerentur, quae propter paruitatem essent nostris sensibus in manifesta. Sed contingit aliqua corpora totaliter immisceri, ita scilicet quod totum totum immisceatur, sicut dictum est in libro de Generatione, vbi vniuersaliter tractatum est de corporum mixture.

Est autem verum, quod quaedam miscetur illo modo, scilicet per positionem minorum iuxta inuicem, quae cumque, scilicet possunt vsque ad minimum diuidi, sicut multitudo hominum diuiditur vsque ad vnum hominem, tamquam vsque ad aliquod vnus minimum, & multitudo equorum vsque ad vnum equum, & multitudo seminum vsque ad vnus semen, quod est vnum granum tritici, vel aliqd huiusmodi. Vnde bene potest dici, quod taliu multitudo est permixta per hoc, quod minima secus inuicem ponuntur, sicut si homines confuse equis permisceantur, vel semina tritici seminibus hordei, non tamen erit permixtio talium totaliter. Singulae enim partes multitudinum remaneunt impermixtae, quia vnus homo non permisceatur vni equo, nec aliqd aliud huiusmodi aliquid talis, sed eorum quae non diuiduntur vsque ad minimum, scilicet corporum continuo rum & similium partium, sicut vinum & aqua, non potest fieri mixtio modo praedicto, scilicet per positionem minorum iuxta inuicem, quia non est in eis accipere minimum, sed per hoc quod totum totum commisceatur, ita quod nulla pars remanet impermixta. Et haec sunt, quae maxime & verissime nata sunt permisceri. Quomodo autem haec fieri possint, determinatum est in libro de Generatione. Deinde cum e post commixtionem corporum tantum commixtionem colorum. Et dicit manifestum esse secundum praedeterminata quae sit necessitas, quod commixtis corporibus colores miscantur. Dicitur enim est supra, quod perspicuum secundum quod existit in corporibus, facti colores participari. Perspicuum autem diuersimode inuenitur in corporibus secundum maius & minus, & similiter lucidum, & ideo permixtis corporibus, in quibus est lucidum & diaphanum, necesse est quod permixtio colorum. Et ista est principalis causa quod sunt multi colores praeter album & nigrum. Non autem est principalis causa supernata, id est quod vnus color ponatur super alium, neque secus inuicem positio, scilicet quod minima colorata iuxta inuicem ponantur, quia color medius videtur praeter album & nigrum, non quidem de longe, nec de prope, sed ex quacumque distantia. Et

ita patet, quod iste est modus generationis colorum mediatorum secundum ipsorum existentiam: alij autem duo modi pertinent ad solam apparentiam. Deinde cum dicit.

f Assignat causam distinctionis colorum mediatorum secundum praedictum modum generationis. Et dicit, quod multi generantur colores medij, quoniam multis proportionibus solus inuicem contingit commisceri corpora: & per consequens ipsos colores. Quaedam quidem secundum determinatos numeros, quaedam vero secundum sola superabundantiam incognitum, & alia omnia eodem modo hic dicenda sunt, circa mixturem, quae supra dicta sunt in alijs duobus modis, scilicet in positione colorum iuxta inuicem, & in superpositione vnus coloris super alterum. Vnum autem est, quod restat posterius determinandum, quare scilicet, sint finitae & non infinitae species colorum, saporum & sonorum. Ultimo autem epilogando concludit. Iam dictum est quid sit color, & propter quam causam sint multi colores. Excusat autem se deinceps a determinatione soni & vocis: quia de his iam determinatum est in Libro de Anima, eo quod eadem est ratio generationis ipsorum, & immutatio, quae secundum quod immutatur, pertinet ad considerationem libri de Anima.

ita patet, quod iste est modus generationis colorum mediatorum secundum ipsorum existentiam: alij autem duo modi pertinent ad solam apparentiam. Deinde cum dicit.

f Assignat causam distinctionis colorum mediatorum secundum praedictum modum generationis. Et dicit, quod multi generantur colores medij, quoniam multis proportionibus solus inuicem contingit commisceri corpora: & per consequens ipsos colores. Quaedam quidem secundum determinatos numeros, quaedam vero secundum sola superabundantiam incognitum, & alia omnia eodem modo hic dicenda sunt, circa mixturem, quae supra dicta sunt in alijs duobus modis, scilicet in positione colorum iuxta inuicem, & in superpositione vnus coloris super alterum. Vnum autem est, quod restat posterius determinandum, quare scilicet, sint finitae & non infinitae species colorum, saporum & sonorum. Ultimo autem epilogando concludit. Iam dictum est quid sit color, & propter quam causam sint multi colores. Excusat autem se deinceps a determinatione soni & vocis: quia de his iam determinatum est in Libro de Anima, eo quod eadem est ratio generationis ipsorum, & immutatio, quae secundum quod immutatur, pertinet ad considerationem libri de Anima.

ita patet, quod iste est modus generationis colorum mediatorum secundum ipsorum existentiam: alij autem duo modi pertinent ad solam apparentiam. Deinde cum dicit.

f Assignat causam distinctionis colorum mediatorum secundum praedictum modum generationis. Et dicit, quod multi generantur colores medij, quoniam multis proportionibus solus inuicem contingit commisceri corpora: & per consequens ipsos colores. Quaedam quidem secundum determinatos numeros, quaedam vero secundum sola superabundantiam incognitum, & alia omnia eodem modo hic dicenda sunt, circa mixturem, quae supra dicta sunt in alijs duobus modis, scilicet in positione colorum iuxta inuicem, & in superpositione vnus coloris super alterum. Vnum autem est, quod restat posterius determinandum, quare scilicet, sint finitae & non infinitae species colorum, saporum & sonorum. Ultimo autem epilogando concludit. Iam dictum est quid sit color, & propter quam causam sint multi colores. Excusat autem se deinceps a determinatione soni & vocis: quia de his iam determinatum est in Libro de Anima, eo quod eadem est ratio generationis ipsorum, & immutatio, quae secundum quod immutatur, pertinet ad considerationem libri de Anima.

LECTIO IX.

De odore vero & sapore dicendum est: ferè enim eadem est passio non in eisdem autem est vtrūque eorum.

b Manifestius autem est nobis saporum genus, quam odorum. huius autem causa, quoniam peio

LECTIO IX.

De odore vero & sapore nunc est dicendum: eadem enim ferè est passio, quamuis non in eisdem eorum est vtrūque.

Clarius autem saporum nobis est genus, quam odoris. huius autem rei causa, quoniam pessimum animalium,

LECTIO IX.

Quod quoniam Philosophus de terminauit de colore, hic est sequenter determinat de sapore. Et primum dicit de quo est intentio, secundo exequitur propositum ibi: Igitur aqua natura. Dicit ergo primum, quod post colorem, dicendum est de odore & sapore. Et circa hoc assignat duorum causam. Primo quidem, quare coniunctim de eis sit agendum, scilicet propter eorum conuenientiam: quia vtrumque eorum est ferè eadem passio. Nominat autem vtrumque passionem, quia vtrumque eorum est in tertia specie qualitatis, quae est passio, vel passibilis qualitas. Dicit autem saporum & odorem ferè esse eandem passionem: quia vtrumque causatur ex permissione humidum & sicci secundum aliqualem terminationem a calido: non tamen vtrumque eorum est omnino in eisdem, quia odor magis sequitur siccum, & ideo principaliter est in fumali euaporatione: sapor autem magis sequitur humidum. Deinde cum dicit.

b Assignat causam, quare prius dicendum est de sapore, quam de odore. Videbatur esse dicendum de odore immediatè

post colorem, quia odor sentitur per medium extrinsecum, sicut color, non autem sapor. sed ordo disciplina requirit, ut a manifestioribus ad minus manifesta procedatur, manifestus est autem nobis genus saporum quam odor: unde de saporibus prius est agendum. Ideo autem sapor est nobis manifestior, quia certior sensu sentitur a nobis. Sensum enim olfactus peiorem habemus & per comparationem ad cetera animalia, & per comparationem ad ceteros sensus, qui in nobis sunt. cuius ratio est, quia sicut supra dictum est, odoratus in actu perficitur per calidum ignem, quod est frigidius & humidius omnibus partibus corporis, ut supra habitum est. Homo autem inter omnia animalia habet cerebrum maius secundum quantitatem sui corporis, ut dicitur in Libro de Partibus animalium. Et ideo oportet quod homo deficiat in sensu odoratus. Sed homo habet certissimum tactum inter omnia animalia, cum enim tangibilia sint ea ex quibus constituitur corpus animalis, scilicet calidum & frigidum: humidum & siccum, & alia huiusmodi, quae consequuntur, non potuit esse, quod organum tactus esset denudatum ab omni qualitate tangibili, sicut pupilla caret omni colore. sed oportuit organum tactus esse in potentia ad qualitates tangibiles, sicut medium est in potentia ad extrema, ut dicitur in Secundo de Anima. Et ideo oportet, quod sensus tactus tanto sit certior, quanto complexio corporis est magis temperata, quasi ad medium reducta. Hoc autem maxime oportet esse in homine, ad hoc quod corpus eius sit proportionatum nobilissimae formae. Et ideo homo inter alia animalia habet certissimum tactum, & per consequens gustum, qui est tactus quidam, & huius signum est, quod homo minus potest sustinere vehementiam frigoris & caloris quam alia animalia, & etiam inter homines, tanto est aliquis magis aptus mente, quanto est melioris tactus, quod apparet in his, qui habent molles carnes, sicut dictum est in Secundo de Anima. Deinde cum dicitur.

Lege. 2. de Anima tex. 92. 99.

lect. 2.

Lib. 2. ca. 7.

rem habemus aliis animalibus odoratum, & ipsis sensibus, qui in nobis. Tactum vero certissimum aliorum animalium. Gustus vero tactus quidam est.

c Igitur aquae natura vult insipida esse. Necesse est itaque aquam in seipsa habere genera saporum insensibilia propter paruitatem, secundum quod Empedo. dicit: vel materiam talem inesse, quemadmodum pansperma saporum, & omnia quidem ex aqua fieri. alia quidem ex alia parte, vel nullam habente differentiam aqua, faciens causam esse, ac si calidum & Solem dicat quis.

d Horum autem, sicut Empedo. dicit, multum apertum mendacium. Videmus enim permutari per calorem saporum, oblati fructibus ad solem, & ignitis tamquam non ab aqua trahere saporum tales factos: sed in ipso fructu transmutates, & refundantes, & iacentes, propter tempus austeros a dulcibus, & amaros, & omnimodos factos, & decoctos, & ad omnia saporum genera, ut est dicere, transmutatos.

e Similiter autem & pansperma materiam esse aquam impossibile. ex eodem enim videmus sicut ex esca factos alios saporum. Restat igitur in pati aliquid aquam transmutari.

c ¶ Exequitur propositum. Et primo determinat de sapore secundum veritatem, secundo excludit falsas positiones quorundam de natura saporis, ibi ¶ Democritus autem. ¶ Prima pars dividitur in duas. In prima determinat quae sit natura saporis. In secunda determinat de speciebus saporum. ibi ¶ Quemadmodum autem colores. ¶ Circa primum duo facit. Primo excludit opiniones quasdam circa generationem saporum, Secundo determinat veritatem, ibi ¶ Apparent autem saporum. ¶ Circa primum duo facit. Primo ponit tres opiniones circa generationem saporum, Secundo improbat eas. ibi ¶ Horum autem, sicut Empedocles. ¶ Incipit autem determinare naturam, huius generationem saporum ab aqua, quae videtur esse subiectum saporum, & dicit, quod ipsa natura aquae secundum se, vult esse, id est habet naturalem aptitudinem ad hoc quod sit insipida, & si aqua habeat aliquem saporum, hoc est ex permutatione aliorum saporum: & tamen quamvis aqua sit secundum se insipida, est tamen

radix & principium omnium saporum. Qualiter autem hoc esse possit, tripliciter aliqui assignaverunt. Empedo. enim dixit, quod omnes saporum sunt actu in ipsa aqua: sed sunt insensibiles propter paruitatem partium, in quibus radicantur. Secunda opinio fuit Democriti & Anaxagorae, sicut dixit Alexan. in Comento, quod in aqua quidem non erant saporum in actu, sed erat ibi quadam materia saporum, quae, admodum pansperma, id est, vniuersale semen, ita scilicet, quod omnes saporum hanc quidem ex aqua, sed alij saporum ex alijs aquae partibus. Ponunt enim partes insensibiles esse principia corporum. Nullum autem insensibile est actu saporum, sed oportet corpus lapidum esse compositum. Et ideo non ponebant esse saporum in actu, sed saporum semina, ita tamen quod diuersa insensibilia corpora sint semina diuersorum saporum, sicut & diuersarum naturarum. Tertia opinio est dicentium, quod differentia saporum non est ex parte ipsius aquae, sed solum ex parte agentis, quod aquam transmutat diuersimode, sicut Sol, vel quodcumque aliud calidum. Deinde cum dicitur.

Tex. 60. 10.

¶ In aqua quidem non erant saporum in actu, sed erat ibi quadam materia saporum, quae, admodum pansperma, id est, vniuersale semen, ita scilicet, quod omnes saporum hanc quidem ex aqua, sed alij saporum ex alijs aquae partibus. Ponunt enim partes insensibiles esse principia corporum. Nullum autem insensibile est actu saporum, sed oportet corpus lapidum esse compositum. Et ideo non ponebant esse saporum in actu, sed saporum semina, ita tamen quod diuersa insensibilia corpora sint semina diuersorum saporum, sicut & diuersarum naturarum. Tertia opinio est dicentium, quod differentia saporum non est ex parte ipsius aquae, sed solum ex parte agentis, quod aquam transmutat diuersimode, sicut Sol, vel quodcumque aliud calidum. Deinde cum dicitur.

¶ Verum ex his, ut Empedocles dicit, valde manifesta est falsitas: perspicimus enim a calido deceptorum, pomorum immutari saporum, sive Solis, sive ignis exponantur illa, ut appareat non ab aqua trahere eiusmodi saporum, sed in ipsis pomis permutatos, & tempore exhalantes, cum austeros ex dulcibus, tum amaros, & omnimodos factos excocti, quinetiam ad omnia saporum genera, ut ita dicatur, transmutantur.

¶ Similique modo seminarium esse aquam & materiam non est possibile, ex eadem enim videmus, tanquam ex eodem alimento diuersos fieri saporum. Restat igitur aquam sane permutari quomodo quippiam patitur.

uerse partes aquae, attraherentur ad corpus, cuius saporum immutantur: hoc autem non semper fit. Si enim fructus ablati ab arbore exponantur soli, vel etiam decoquantur ad ignem, manifestum est quod immutatur eorum sapor per actionem caloris, & non per aliam actionem ab aqua, quod posset dici de fructibus, qui dum pendet in arbore, mutant saporum attrahendo diuersos humores a terra, sed in fructibus decisis ab arbore, videmus transmutationem saporum factam per hoc quod ipsi fructus transmutantur facta resolutione interioris humoris per modum cuiusdam resudationis, & ita dum iacent aliquo tempore ad Solem, transmutantur de dulcedine in amaritudinem, aut e conuerso, vel ad quoscunque alios saporum, secundum diuersam qualitatem decoctionis.

¶ Secundo cum dicitur. ¶ Improbatur secundam opinionem Democriti & Anaxagorae. Et dicit, quod etiam impossibile est aquam esse materiam saporum, quasi continentem omnia semina eorum: ita scilicet quod diuersae partes eius sint semina diuersorum saporum, quia videmus omnes vnum & idem corpus immutari ad diuersos saporum, sicut enim eadem esca, quae sumitur ab animalibus vel plantis, conuertitur in diuersas partes animalis, vel plantae, ita & conuertitur in diuersos saporum conuenientes diuersis partibus, sicut vnius plantae alius sapor est radicis, seminis, & fructus, & diuersarum plantarum ex eodem cibo nutritarum sunt diuersi saporum. Et hoc est manifestum indicium quod diuersi saporum non causantur ex diuersis partibus aquae. Unde relinquuntur quod causantur ex hoc quod aqua transmutatur in diuersos saporum, secundum quod qualiter patitur ab aliquo immutante. Tertio ibi.

¶ Improbatur

¶ Improbatur tertiam opinionem dicentium, quod saporum causantur ex mutatione aquae a solo calido. Et dicit manifestum esse, quod aqua non accipit qualitatem saporum ex sola virtute calidi immutantis. aqua enim est subtilissima inter omnes humores & inter omnia corpora, quae sensibilibus humectant. Non autem

¶ Quod quidem igitur non a calido solum virtute accipit hanc virtutem, quam dicimus saporum, manifestum est. Subtilissimum enim omnium humorum aqua est, & ipso oleo: sed protenditur oleum plus aqua, propter viscositatem. Aqua autem frangibilis est. Quare & grauius est seruare aquam in manu quam oleum. Quoniam autem calida facta aqua, non apparet in grossata aqua ipsa sola, manifestum quod alia quaedam utique erit causa. Saporum enim omnes grossitudinem habent magis: calidum autem concausa.

LECTIO X.



¶ Apparent autem saporum quicumque quidem in fructibus, hi existentes & in terra.

b Quare, multi Antiquorum Physiologorum dicunt talem esse aquam, per qualem cumq; terram transeat. & hoc manifestum est in falsis aquis maxime. Sal enim quaedam terrae species est. Et quae per cinerem colatae, ipso amaro existere, amarum faciunt saporum. Sunt quoque fontes multi, hi quidem amari, alij vero acuti, hi autem omnimodos habentes saporum alios.

c Rationabiliter itaque in nascentibus sit saporum genus maxime.

d Pati enim natum est humidum, quemadmodum & alia a contrario. Contrarium autem siccum. Quare & ab igne patitur quidem: sicca enim ignis natura. Sed proprium ignis calidum est, terrae vero siccum, sicut dictum est in his, quae de Elementis.

LECTIO X.

¶ Ostendam Philosophus exclusit opiniones aliorum de causa generationis saporum, hic assignat veram causam secundum propriam opinionem. Et circa hoc tria facit. Primo assignat causam generationis saporum, secundo definit saporum, ibi ¶ Et hoc sapor. ¶ tertio manifestat quod dixerat, ibi ¶ Quoniam autem non omnis siccus. ¶ Circa primum tria facit. Primo ostendit quod sapor est terrae, & non solum aquae, ut Antiqui ponebant, Secundo ostendit, quod aqua immutatur a siccis terrestri ad saporum: ibi ¶ Pati enim, &c. ¶ Tertio concludit causam generationis saporum. ibi ¶ Quemadmodum igitur qui lauant. ¶ Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifestat propositum, ibi ¶ Quare multi Antiquorum. ¶ Dicit ergo primo, quod omnes saporum quicumque apparent in fructibus plantarum, in quibus

manifeste diuersificantur saporum, sunt & in terra, non quidem ita, quod terra pura saporum habeant, cum non habeat humorem, sed ad modicam permutationem humidum cum aliqua alteratione calidi acquirit aliquem saporum. Deinde cum dicitur.

¶ Manifestat quod dixerat per duo signa. Quorum primum sumitur secundum dictum, in quo multum Antiquorum naturalium conueniunt, qui dicunt talis saporis esse aquam, per qualem terram transeat. Et hoc manifestum est maxime in falsis aquis, non quidem ipsius maris, quae hoc habet aliam causam, ut in libro Meteororum ostensum est, sed quae quodam fontium sunt falsae, propter hoc quod transeunt per similem terram. Nec hoc debet videri mirum, quia sal est quaedam species terrae, sicut & alumen, vel sulfur. Unde & quidam montes inueniuntur de sale, hoc etiam apparet in aquis colatis per cinerem, quae habent amarum saporum, sicut & cinis, per quod colantur. Inueniuntur quoque fontes diuersorum saporum, propter diuersas terras, per quas transeunt. Est autem considerandum quod Aristoteles non inducit hoc ad ostendendum vniuersaliter causam generationis saporum: quia per hoc non manifestatur nisi causa saporum in aquis, sed totum hoc inducit quasi quaedam signum, ad ostendendum quod saporum conueniunt terrae, & non soli aquae. Secundum signum ponit ibi.

Seca lec. 5.

LECTIO X.



¶ Vicunque autem in pomis sunt saporum, idem in terra etiam esse percipiuntur.

¶ Quo circa, Veterum plerique Physiologorum talem dixerunt esse aquam: qualis terra est, per quam illa permeat. id autem potissimum in falsis declaratur aquis: sal enim terrae quaedam est species. Quamobrem quae per cinerem colantur aquae, qui sane amarus est, amarum reportant saporum, eodem modo in alijs. Nonnulli quinetiam avari sunt fontes, plerique aciduli saporum, alij vero omnimodos saporum alios in se habentes.

¶ Quapropter, non immerito in terrae nascentibus saporum maxime sunt genera.

¶ Humor enim, ut alia omnia a contrario pati natus est, porro con trarium siccitas est, propterea quippiam ab igne patitur, sicca namque ignis est natura. Verum ignis proprius est calor, terra autem siccitas, ut dictum est in his, quae de Elementis.

¶ Probat, quod humidum aquae immutatur ad saporum a terra. Et primo probat propositum, secundo excludit quandam objectionem, ibi ¶ Quae quidem igitur. ¶ Dicit ergo primo, quod humidum natum est dari a suo contrario, sicut & omnia alia patiuntur a suis contrariis, ut probatum est in Primo de Generatione. Contrarium autem humidum est siccum. Unde humidum naturaliter patitur a siccis. Et quia non solum terra est siccis, sed etiam ignis, ideo etiam patitur ab igne. Quibus quatuor qualitates elementarum duae conueniunt singulis: nam ignis est calidus & siccus, aer calidus & humidus, aqua frigida & humida, terra frigida & sicca. In singulis in elementis singulae harum qualitatium principaliter inueniuntur quasi propriae ipsis. Nam ignis proprie calidus est: quia ignis est nobilissimum iter elementum, & propinquissimum caelesti corpori, ideo contingit ei proprie & lem se calidum esse, quod est maxime actiuum, siccum vero coepetit ei proprie excessum caliditatis, quasi iam humiditate consumpta. Aeri vero coepetit quidem calidum parua naturalia. S. Tho.

Tex. 60. 10.

¶ Secunda

secundario ex affinitate ad ignem, secundum se autem competit ei humidum: quod est nobilior inter qualitates passivas, quali calore resoluente humiditatem, & non consumente propter maiorem distantiam a prima causa caloris, quae est corpus caeleste. Aqua vero proprie & secundum se competit frigidum, quod est secunda qualitas activa, quasi privatiue se habens ad calidum. competit autem ei humidum secundario secundum propinquitatem ad aerem. Terra vero competit quidem frigidum secundario, quasi ex propinquitate aquae: sicut enim competit ei proprie & per se, quasi propter longissimam distantiam a fonte caloris non resoluta terra in humiditatem, sed in vitima grossitie perinante. Et haec determinata sunt in libro de Elementis, id est in Secundo de Generatione, unde humidum maxime natum est pati a siccitate terestri. Deinde cum dicitur Excludit quaedam obiectione. Non enim sequitur, quod humidum a magis siccitate patitur, nisi patiat a siccitate inquantum est siccum. Posset autem aliquis hoc negare dicere, quod humidum patitur maxime ab igne inquantum est ignis, & id eo ad hoc excludendum dicitur, quod ignis inquantum est ignis, nihil natum est facere vel pati, nec aliquid corporum. Et hoc probatur, quia secundum hoc nata sunt aliqua agere & pati abinuit, quia habent contrarietatem, ut ostensum est in Primo de Generatione. Ignis autem inquantum ignis, & terra inquantum terra, nihil est contrarium, sicut nec alicui substantia. Unde relinquitur quod huiusmodi corpora non agunt & patiuntur inquantum sunt ignis vel terra vel aliquid huiusmodi, sed inquantum calidum, vel frigidum, humidum & siccum. Sed contra hoc videtur esse dubitatio. Si enim ignis competit per se esse calidum & siccum, si agit inquantum est calidum, videtur sequi quod agit inquantum est ignis. Ad hoc sciendum est, quod quidam opinati sunt calorem esse formam substantialem ignis, & secundum hoc ignis secundum suam formam substantialem habebit aliquid contrarium, & per consequens erit actiuus. sed quia ignis non solum significat formam, sed compositum ex materia & forma, ideo hic dicitur, quod ignis non est actiuus, nec est ei aliquid contrarium. Et sic soluit Alexan. in Commen. Sed hoc non potest stare, quia idem non potest esse in genere substantiae & accidentis, secundum illud Philosophi Primo Physicorum, Quod vere est, nulli accidit, forma autem substantialis ignis reducit ad genus substantiae: ergo non potest esse quod calor sit forma substantialis ignis, cum sit accidens aliorum. Item forma substantialis non percipitur sensu, sed intellectu nam quod quidem est, est proprium obiectum intellectus, ut dicitur Tertio de Anima. Unde, cum calidum sit sensibile per se, non potest esse forma substantialis alicuius corporis. Est ergo dicendum, quod calor per se inest igni non sicut forma substantialis, quae non percipitur sensu, sed sicut proprium accidens eius. & quia actio naturalis est alicuius contrarij alteratis, ideo ignis agit secundum suum calorem, cuius est aliquid contrarium, non autem secundum suam formam substantialem, quae caret contrarietate, nisi contrarietas large accipiatur secundum differentiam perfecti & imperfecti in eodem genere, per quem modum etiam in numeris contrarietas inuenitur, secundum quod minor numerus est ut imperfectum & pars respectu maioris.

e Qua quidem igitur ignis & qua terra nihil natum est facere vel pati, nec aliquid quicquam. Quatenus autem inest contrarietas in vnoquoque, eatenus omnia & faciunt & patiuntur.

f Quemadmodum ergo, qui lauant in humido colores & sapes, talem faciunt habere aqua: sic & natura siccum & terreum: & per terreum & siccum colans & mouens per calidum, quale quiddam humidum facit.

g Et hoc est sapor, passio facta a dicto siccum in humido, gustus alteratiua secundum potentiam in actum.

h Ducit enim sensitiuum ad hoc potentia praexiens. Non enim secundum discere, sed secundum speculari est sentire.

i Quoniam autem non omnis siccus, sed nutritiui sapes, aut passio sunt, aut privatio, oportet sumere hinc. quoniam nec siccum absque humido, nec humidum absque siccum. Esca enim ipsis animalibus non est vnum solum, sed commixtum, neque ipsis plantis, sed mixtum.

Formae autem substantiales rerum sunt sicut numeri, ut dicitur Octavo Meta. Et per hunc modum est etiam inter differentias cuiuslibet generis contrarietas, ut in Decimo Meta. sic enim animatum & inanimatum, sensibile & insensibile sunt contraria. Sed adhuc potest esse dubitatio. Si enim in elementis non est principium actionis forma substantialis, sed accidentalis: cum nihil agit ultra suam speciem, non videtur quod per actionem naturalem elementorum materia transmutetur ad formam substantialem, sed solum ad formam accidentalem. Et propter hoc quidam posuerunt, quod omnes formae substantiales sunt a causa supernaturali: & quod agens naturale solum alterando disponat ad formam. Et hoc reducitur ad opinionem Platoniorum, qui posuerunt quod species separatae sunt causa generationis, & quod omnis actio est a virtute incorporata. Stoici autem sicut Alex. dicit, posuerunt quod corpora secundum se ipsa agunt, in quantum, sicut sunt corpora. Aristoteles autem hic tenet mediam viam, quod corpora agunt secundum qualitates suas. Et ideo dicendum quod vnum quodque agit secundum quod est in actu, ut patet primo de Generatione, necesse est autem quod esse qualitates elementales deriuetur a principiis essentialibus eorum, ita etiam, ut virtus agendi competat huiusmodi qualitatibus ex virtute formarum substantiarum, omne autem quod agit in virtute alterius, facit simile ei, in cuius virtute agit: sicut terra facit domum ex virtute domus, quae est in anima: & calor naturalis generat carnem animatum ex virtute animae: & per hunc etiam modum, per actionem qualitarum elementarium transmutatur, materia ad formas substantiales. Deinde cum dicitur f. Concludit ex praemissis generationem saporum. Et dicit, quod sicut illi, qui in humido aqueo lauant colores & sapes, id est corpora colorata & saporosa, faciunt aquam habere talem colorem & saporem, ita etiam econuerso, quando humidum aquae colatur per siccum terrestre, & cum hoc sit aliqua immutatio a calido digerente, & quodammodo commiscente humido siccum, qualificatur humor aqueus qualitate saporosa. Deinde cum dicitur g. Inducit ex praemissis praedictis definitionem saporum, & dicit, quod sapor nihil est aliud quam passio facta in humido aqueo a dicto siccum, sicut terestri cum additione calidi, quae gustum secundum potentiam alterando, in actum reducit, quod quidem additur ad differentiam odoris, & quarundam aliarum passionum, quae cauantur ab humido & siccum per actionem calidi: quae non sunt immutatiua gustus, sed aliorum sensuum. Deinde cum dicitur h. Manifestat definitionem saporis, quantum ad viciniam partem eius, nam prima pars eius manifesta est ex praecedentibus. Dixerat autem, quod sapor alterat gustum secundum potentiam: & ad hoc manifestandum subdit, quod sapor sicut & quodlibet sensibile, reducit in actum sensitiuum, quod prius erat in potentia ad sensibile: quia sentire, quod sequitur actionem sensibilibus in sensu, non fit nisi addicere, sed secundum specularem, id est non habet similitudinem cum eo quod est addicere: quia alius in eo quod addit, generatur habitus scientiae de nouo: sed in eo qui sentit, non generatur sensus de nouo per actionem sensibilibus, sed sensus fit actu operans, sicut contingit in eo, qui speculatur actu. Deinde cum dicitur i. Manifestat quod supra dixerat, quod sapor non fit solum in humido, sive siccum. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quod sapor fundatur

d. ¶ Improbatur quod dictum est duabus rationibus. Quarum prima est, quod si aliquis dicit, quod sicut sunt duo organa visus, scilicet duo oculi, sic nihil prohibet in anima sensitiua esse esse duos visus, dicendum est hoc esse falsum, quia ex duobus oculis sit aliqd vnum, & vna est operatio amborum oculorum, in quantum scilicet visio vtriusque; oculi conuenit per quosdam nervos ad aliquod in trinum in suo organum, quod est circa cerebrum, ut supra dictum est. Si autem similiter in anima fiat vnum ex duobus visibus, per hoc quod vterque visus concurrat ad aliquod vnum principium, illi vni attribuetur operatio sentiendi. Si vero omnino separati se habeant duo visus in anima, quod non conuenit in aliquo vno principium, tunc non similiter se habeat de visione in anima, sicut de oculis in corpore. & ita similitudo non fuit conueniens ad manifestandum propositum. Non ergo videtur rationabiliter dici, quod sunt duo visus in anima. Secundam rationem ponit ibi.

e. ¶ Et dicit, quod secundum praedictam positionem hoc modo erunt plures sensus, qui sunt idem specie, puta plures visus, aut plures auditus, sicut si aliquis dicat, scientias non differentes specie esse plures in eodem homine, ut plures Grammaticas, vel plures Geometricas esse quidem plures Grammaticas numero, vel plures visus in diuersis hominibus possibile est, sed non in vno & eodem homine, sicut nec plures numero albedines sunt in vno & eodem subiecto. Subiungit autem ad ostendendum quod non possunt esse plures sensus eiusdem speciei in eodem, quia virtus sensitiua & operatio, seu vnicuique consequuntur, ita quod neque virtus est sine propria & per se operatione, neque operatio sine propria virtute. Operatio autem sensitiua distinguitur secundum obiecta. Deinde cum dicit,

¶ Hic ostendit esse impossibile in sensibilibus diuersorum sensuum, ut si per eandem partem animae sentiantur. Et dicit, quod si sensibilia diuersorum generum sentiuntur per aliquid animae vnum & idem indiuisibile, manifestum est quod multo magis alia, quae sunt vnius generis. Probatur enim supra, quod magis contingit ea quae sunt vnius generis simul sentire, quam ea quae sunt diuersorum generum. & hoc maxime verum est quantum ad identitatem sentiendi. Quod autem eadem indiuisibilis anima sentiat sensibilia diuersorum generum, probatur, quia si anima sentiat per aliam sui partem dulcem, & per aliam album, aut ex

d. Si autem, quemadmodum oculi duo sunt, dicat quis nihil prohibere: sic & in anima dicendum quod forte ex his quidem vnum aliquid sit, & vna operatio ipsorum. Ibi autem siquidem vnum quod ex ambobus, illud sentiens erit: si autem separati, non similiter se habeat.

e. Amplius, & sensus idem plures erunt, sicut si quis scientias indifferetes dicat. Neque enim operatio erit sine virtute, quae secundum se ipsam, nec absque hac erit sensus.

f. Si autem hoc in vno & indiuisibili sentit, manifestum est quod & alia. Continget enim magis haec simul plura, quam ea quae genere sunt diuersa: si vero alia quidem sui parte dulcem, alia autem album sentit anima, vel quod ex istis, unum quiddam est, vel non unum esse necesse est, unum enim quiddam sentiens est pars. Cuius igitur illa vnius: nihil enim ex istis vni necesse igitur est vnum quippiam esse ipsius animae, quo omnia sentit, ut dictum est prius, aliud autem genus per aliud.

g. Igitur secundum quod indiuisibile est secundum actum, vnum est sensitiuum dulcis & albi, quod vero diuisibile factum fuerit secundum actum, alterum.

h. Vel quemadmodum in rebus ipsis contingit, ita & in anima. Idem enim & vnum numero album & dulce est, & alia multa. Nam & si non separabiles a se inuicem sunt passionibus, tamen esse alte

Ad huius ergo euidentiam considerandum, quod cum operationes sensuum propriorum referantur ad sensum commune, sicut ad primum & commune principium, hoc modo se habet sensus communis ad sensus proprios & operationes eorum, sicut vnum punctum ad diuersas lineas, quae in ipsum concurrunt. punctum autem, quod est terminus diuersarum linearum, secundum quod in se consideratur, est vnum & indiuisibile. Et isto modo sensus communis secundum quod in se est vnum, est indiuisibilis, & est vnum sensitiuum actu dulcis & albi: dulcis per gustum, & albi per visum. si vero consideretur punctum seorsum, vel est terminus huius lineae, sic est quodam modo diuisibile: quia vnum punctum ut duobus. Et similiter sensus communis, quando accipitur, ut diuisibile quoddam, puta cum seorsum iudicatur de albo, & iudicatur seorsum de dulci, est alterum secundum actum, & vnum vero est vnum, iudicatur differentias sensibilibus. Et per hoc soluntur rationes supra dictae, quia quodam modo est vnum, & quodam modo est vnum illud quod sentit diuersa sensibilia. Secundum modum ponit ibi.

¶ Et dicit, quod sicut est in rebus exterioribus, ita potest dici in anima. Videmus enim quod corpus vnum & idem numero est album & dulce, & multa alia huiusmodi, quae accidentaliter de eo praedicantur: sed tamen huiusmodi passiones separant ab inuicem, sicut contingit quod aliquod corpus retinet albedinem, & amittit dulcedinem, sed quoad non sic separant istae passiones, album & dulce remanet, vel

istis duabus partibus erit aliquid vnum, vel non erit: sed necesse est dicere quod sic aliquid vnum, ad quod referantur omnes istae partes, scilicet diuersi sensus: quia sensitiua est quaedam vna pars animae, non autem potest dici quod pars sensitiua animae sit aliquid vnius generis sensibilibus, nisi forte diceretur, quod ex omnibus sensibilibus particularium sensuum puta colore, sono, & alijs huiusmodi fieret vnum sensibile, correspondens isti vni parti sensitiuae, quae est communis omnibus proprijs sensibus, hoc autem est impossibile. Necesse est ergo, quod sit aliquid vnum anima, quo animal omnia sentit: sed aliud genus per aliud, puta colore per visum, & sonum per auditum, & sic de alijs. Considerandum autem est hic, quod vnicuique sunt diuersae potentiae ordinatae, inferior potentia comparatur ad superiorem per modum instrumenti, eo quod superior mouet inferiorem. Actio autem attribuit principali agenti per instrumentum, sicut dicitur quod artifex fecit per ferrum. Et per hunc modum Philosophus dicit, quod sensus communis sentit per visum, & per auditum, & alios sensus proprios, qui sunt diuersae partes potentiales animae, non autem diuersae partes sicut aliquid conuenit, ut superius dicebat. Deinde cum dicit,

¶ Ostendit quomodo eadem pars animae indiuisibilis possit simul sentire diuersa. Et assignat duos modos. Quorum primum breuiter & obscure ponit, quia in libro 3. de Anima apertius positus est.

¶ Ostendit quomodo eadem pars animae indiuisibilis possit simul sentire diuersa. Et assignat duos modos. Quorum primum breuiter & obscure ponit, quia in libro 3. de Anima apertius positus est.

¶ An quemadmodum in ipsis contingit rebus, ita & in anima, unum enim & idem numero album est & dulce, & alia multa, si enim non separabiles a se inuicem sunt passiones, tamen vnicuique esse: similiter igitur

Ad huius ergo euidentiam considerandum, quod cum operationes sensuum propriorum referantur ad sensum commune, sicut ad primum & commune principium, hoc modo se habet sensus communis ad sensus proprios & operationes eorum, sicut vnum punctum ad diuersas lineas, quae in ipsum concurrunt. punctum autem, quod est terminus diuersarum linearum, secundum quod in se consideratur, est vnum & indiuisibile. Et isto modo sensus communis secundum quod in se est vnum, est indiuisibilis, & est vnum sensitiuum actu dulcis & albi: dulcis per gustum, & albi per visum. si vero consideretur punctum seorsum, vel est terminus huius lineae, sic est quodam modo diuisibile: quia vnum punctum ut duobus. Et similiter sensus communis, quando accipitur, ut diuisibile quoddam, puta cum seorsum iudicatur de albo, & iudicatur seorsum de dulci, est alterum secundum actum, & vnum vero est vnum, iudicatur differentias sensibilibus. Et per hoc soluntur rationes supra dictae, quia quodam modo est vnum, & quodam modo est vnum illud quod sentit diuersa sensibilia. Secundum modum ponit ibi.

¶ Et dicit, quod sicut est in rebus exterioribus, ita potest dici in anima. Videmus enim quod corpus vnum & idem numero est album & dulce, & multa alia huiusmodi, quae accidentaliter de eo praedicantur: sed tamen huiusmodi passiones separant ab inuicem, sicut contingit quod aliquod corpus retinet albedinem, & amittit dulcedinem, sed quoad non sic separant istae passiones, album & dulce remanet, vel

Tex. c. 134

vel sunt idem subiecto, sed differunt secundum esse. Et similiter potest poni de Anima, quod vnum & idem subiecto est sensitiuum omnium sensibilibus, tam eorum quae differunt genere, sicut album & dulce, quam eorum quae differunt specie, sicut album & nigrum. Et secundum hoc dicendum erit, quod anima sentit diuersa sensibilia quodam modo secundum vnum & idem, scilicet subiecto, quodam modo diuersa, in quantum ratione differunt. Potest autem contra hoc obijci: quia in rebus quae sunt extra animam, licet idem possit esse dulce & album, non tamen potest idem esse album & nigrum, & ita videbitur quod anima non possit simul sentire sensibilia vnius generis, cum sint contraria. Haec autem obijctionem Aristoteles remouet in libro de Anima, cum dicit. Et impossibile est album & nigrum esse simul: quare neque species pari ipsorum. Et inuit solutionem per hoc, quod si huius est sensus, & intelligentia vel intellectus. Per quod datur intelligi, quod non omnino se habet in sensu & intellectu, sicut in corporibus naturalibus. Corpus enim naturale recipit formas secundum esse naturale & materiale, secundum quod habent in se contrarietatem, & ideo non potest idem corpus simul recipere albedinem & nigredinem: sed sensus & intellectus recipiunt formas rerum spiritualiter & immaterialiter secundum esse quoddam intentionale, prout non habent contrarietatem. Vnde sensus & intellectus simul potest recipere species sensibilibus contrariorum, cuius simile potest videri in dyaphano, quod in vna & eadem sui parte immutatur ab albo & nigro: quia immutatio non est materialis secundum esse naturale, ut supra dictum est. Est etiam aliud considerandum, quod sensus & intellectus, non solum recipiunt formas rerum, sed etiam habent iudicare de ipsis: iudicium autem, quod faciunt de contrarijs, non est contrarium, sed vnum & idem: quia per vnum contrariorum sumitur iudicium de altero. Et quantum ad hoc verum est quod supra dictum est, quod magis simul possunt sentiri sensibilia vnius generis, de quorum vno iudicatur per alterum, quam sensibilia diuersorum sensuum. Est autem & aliud circa hoc dubium: quia praemissa verba Philosophi, videtur confirmari opinio Stoicorum, qui posuerunt, quod non diuersis potentijs sentitur color & odor, & alia sensibilia: sed nec sunt diuersae potentiae sensuum: sed ipsa anima secundum seipsam cognoscit omnia sensibilia non differens nisi ratione. Sed dicendum est, quod secunda solutio supponit primum. Vnde intelligendum est, quod anima, id est sensus communis, vnius numero existens, sola autem ratione differens, cognoscit diuersa genera sensibilibus, quae tamen referuntur ad ipsum secundum diuersas potentias sensuum propriorum. Deinde cum dicit,

¶ Probat quod supposuerat, scilicet quod nihil sentitur nisi quantum. Et dicit manifestum esse quod omne sensibile est magnitudo, & quod nullum in diuisibile est sensibile. Et ad hoc probandum inducit, quod est quaedam distantia, ex qua non potest aliquid videri, & haec distantiam dicit esse infinitam: quia si in infinitum illa distantia protendantur, nihil inde videretur. Est autem aliqua distantia

¶ Probat quod supposuerat, scilicet quod nihil sentitur nisi quantum. Et dicit manifestum esse quod omne sensibile est magnitudo, & quod nullum in diuisibile est sensibile. Et ad hoc probandum inducit, quod est quaedam distantia, ex qua non potest aliquid videri, & haec distantiam dicit esse infinitam: quia si in infinitum illa distantia protendantur, nihil inde videretur. Est autem aliqua distantia

¶ Probat quod supposuerat, scilicet quod nihil sentitur nisi quantum. Et dicit manifestum esse quod omne sensibile est magnitudo, & quod nullum in diuisibile est sensibile. Et ad hoc probandum inducit, quod est quaedam distantia, ex qua non potest aliquid videri, & haec distantiam dicit esse infinitam: quia si in infinitum illa distantia protendantur, nihil inde videretur. Est autem aliqua distantia

ria vnde aliquid videtur, & haec est finita, quia a finita distantia incipit aliquid videri, & simile est de alijs sensibus, quae sentiuntur ab aliqua distantia per medium extrinsecum non tangentes ipsa sensibilia, sicut auditus & odoratus. Cum igitur distantia, vnde non videtur aliquid, sit infinita per remotionem a visu, finita autem versus visum, sequitur quod sit dare vltimum aliquod, vnde nihil videatur. Distantia autem ex qua videtur aliquid, est ex vtraque parte finita. Est ergo dare aliquod terminum vnde primum possit aliquid videri: omne autem quod est medium durum quantitate inuicem continuaturum est indiuisibile, ergo necesse est esse aliquid in diuisibile, vltra quod nihil possit sentiri, & circa quod necesse sit aliquid sentiri. Si ergo aliquid indiuisibile sit sensibile, & ponatur in illo indiuisibili termino, sequitur quod illud sit vnicuique sensibile simul & inuisibile: inuisibile quidem, in quantum est in termino inuisibilis distantia: visibile autem, in quantum est in termino visibilis, hoc autem est impossibile: ergo & primum, scilicet quod aliquid indiuisibile sit sensibile. Si enim aliquid indiuisibile in praedicto termino ponatur, partim videbitur, & partim non videbitur, quod de indiuisibili dici non potest. Videtur autem per haec probatio non valeat: quia non est dare aliquod terminum, vnde oia visibilia incipient videri: quia

¶ Quod autem omne sensibile magnitudinem habet, & in diuisibile non est sensibile, manifestum sane est: vnde non videri non potest infinita est distantia, vnde autem videtur, finita. Similiter autem & audibile, & odorabile, & quaecumque sentiunt non tangentes sentiunt. Et itaque aliquid vltimum distantiae, vnde non videtur, & primum vnde videtur: hoc itaque necesse est indiuisibile esse, quod in vltiori quidem non contingit sentire existens, in certiori autem necesse sentire. Si itaque aliquid erit indiuisibile sensibile, cum ponatur in vltimo vnde est, vltimo quidem non sensibile, primo autem sensibile, simul accidet visibile esse & inuisibile: hoc autem impossibile.

¶ De sensitiuis quidem & sensibilibus quomodo se habent, & communiter & secundum vnum quodque sensitiuum dictum est. Reliquorum autem, primo considerandum de memoria & reminiscencia & somno.

¶ Et de sensitiuis quidem & sensibilibus quomodo se habeant modo, & communiter & per singula sensueria, dictum est. Ex reliquis autem de memoria & rememoriatiua, & de somno est considerandum.

¶ Maiora a maiori distantia videntur, minora vero a minori. Dicendum est autem, quod vnum quodque sensibile ab aliqua determinata distantia videtur, si ergo illud indiuisibile, quod ponit potest sentiri, videatur ab aliqua determinata distantia, sicut & aliquid diuisibile: concludet ratio Aristoteles. Si vero non sit determinata aliqua distantia, ex qua simul incipit videri cum aliquo diuisibili, sequetur iterum quod nullo modo possit videri. Oportet enim accipere proportionem distantiae, ex qua videtur aliquid diuisibile secundum proportionem magnitudinum, quae videntur: sed non est aliqua proportio indiuisibilis ad magnitudinem diuisibilem, sicut nec puncti ad lineam. Et ita sequetur, quod ex nulla distantia possit videri indiuisibile: quia cuiuslibet distantiae est aliqua proportio ad aliam distantiam. Sequetur ergo si videtur quod videatur conuenit visui: quod est contra rationem visus & aliorum sensuum: qui non tangentes sentiunt. Sic ergo indiuisibile non potest sentiri, nisi forte in quod est terminus conuenit, sicut & alia accidentia continuoorum sentiuntur. Deinde cum dicit,

¶ Epilogat quae dicta sunt in hoc libro, continens se ad sententiam, & dicit quod dictum est de sensitiuis id est, de organo sentiendi, & sensibilibus quomodo se habeant ad sensus, & communiter, & secundum unum quodque organum sensus, partim in hoc libro, partim in libro de Anima. Inter reliqua vero, quod primo considerandum, occurrit est memoria & reminiscencia & de somno, quia sicut per sensum cognoscuntur praesentia, ita per memoriam cognoscuntur praeterita, & in somno sit aliqua praecognatio futurorum.

¶ Explicit scriptum sancti Thomae de Aquino super Libros Aristotelis de Sensu & Sensatio.

DIVI THOMAE AQUINATIS DOCTORIS ANGELICI

IN LIBRUM ARISTOTELIS, DE MEMORIA ET REMINISCENTIA, EXPOSITIO.

LECTIO PRIMA.

Icut Philosophus dicit in Septimo de Historijs animalium, Natura ex inanimatis ad animata procedit paulatim: ita qd genus inanimatorum prius inuenitur qd genus plantarum, quod quidem ad alia corpora comparatum, videtur esse animatum, ad genus autem animalium, inanimatum.

Et similiter a plantis ad animalia quodam cōtinuo ordine progreditur: quia quædam animalia immobilia, quæ scilicet terræ ad hærent, parum videtur a plantis differre: ita etiam & in progressu ab animalibus ad hominem, quædam inueniuntur, in quibus aliqua similitudo ratiois appareat: cum enim prudentia sit propria virtus hominis. Est enim prudentia recta ratio agibilium, vt dicitur in Septimo Ethic. inueniuntur quædam animalia quandam prudentiam participare non ex eo qd habeat rationem, sed ex eo quod in instinctu naturæ mouentur per apprehensionem sensitiuæ partis ad quædam opera faciendâ, ac si operarentur ex ratione. Pertinet autem ad prudentiã, vt prudens dirigatur p eã, in his quæ imminet sibi agenda ex consideratione non solum præsentium, sed etiam præteritorum. Vnde Tullius in sua Rethorica partes prudentiæ ponit nõ solum prudentiam, per quam futura disponuntur, sed etiam intelligentiam, per quam considerantur præsentia, & memoriã, per quã apprehenduntur præterita. Vnde etiam in alijs animalibus, in quibus inuenitur prudentiæ similitudo participata, necesse est esse non solum sensum præsentium, sed etiam memoriã præteritorum. Et ideo Philosophus in principio Metaph. dicit, qd quibusdam animalibus ex sensu memoria sit, & propter hoc prudentia sunt. Sed sicut prudentiam imperfectam habent respectu hominis, ita etiam & memoriã. Nam alia animalia memorantur tantum: homines autem & memorantur & reminiscuntur, & ideo gradatim Arist. post librum, in quo determinatur de sensu, qui communis est omnib' animalibus, determinat de memoria & reminiscencia, quorum alterum inuenitur in solis hominibus, alterum vero in his, & in animalibus perfectis. Diuiditur autem Liber iste in partes duas. Primo enim ponit Propositionem, in quo manifestat suum propositum: secundo accedit ad tractandum ea, de quibus intendit. ibi: Primum quidem igitur. Circa primum dicit de duobus esse dicendum. Primo quid de memoria & memorari, quod est actus eius, circa quod tria se promittit dicitur. Primum, quid sit memoria & quid memorari, & quæ sit causa eius. & ad quam partem animæ pertineat passio memorandi. Omnes enim operationes sensitiuæ partis passio-

ARISTOTELIS STAGIRITAE

PERIPATETICORVM PRINCIPIS

DE MEMORIA ET REMINISCENTIA

LIBER.

Antiqua Translatio.

De memoria autem & memorari dicendum quod est, & propter quam causam sit, & cui animæ partij hæc accidat passio, & de reminiscencia. Non enim iidem sunt memoratiui & reminiscitiui: sed vt frequenter memorabiliores quidem qui tardi, reminiscibiliiores autem qui veloces, & facile discentes.

Primum quid igitur accipiendum est qualia sunt memorabilia: multoties enim decipit hoc.

Neque enim futura cōtingit memorari, sed est opinabile & sperabile. Erit autem vtique & sciencia quædam speratiua, quemadmodum quidam diuiniatiã dicunt.

nes quædam sunt, secundum qd sentire pati quoddam est. Secundo promittit se dicitur de reminiscencia. Et ne videretur idem esse reminiscencia & memorari, subiungit quoddam signum differentie ipsorum ex parte hominum, in quibus inuenitur vtunque. Non enim iidem homines inueniuntur ita bene memoratiui & bene reminiscitiui: sed sicut frequenter accidit, illi sunt melius bene memorantes, qui sunt tardi ad inueniendum & discendum. Illi autem melius reminiscuntur, qui sunt veloces ingenij ad inueniendum ex se, & bene discendum ab alijs. Cuius ratio est, quia diuersa habitudines hominum ad opera animæ proueniunt ex diuersa corporis dispositione. Videmus autem in corporalibus, qd illa quæ difficiliter & tarde recipiunt impressionem, bene retinent eam, sicut lapidis, quæ vero de facili recipiunt non retinent bene, sicut aqua. Et quia memorari nil aliud est qd bene conservare semel accepta, inde est qd illi, qui sunt tardi ad accipiendum, retinent bene recepta, quod est bene memorari. Qui autem de facili recipiunt, plerumque de facili amittunt. Sed

reminiscencia est quædam reuocatio prius acceptorum non conseruatorum, & ideo illi qui sunt velocis ingenij ad inueniendum & recipiendum disciplinã, etiã sunt bene reminiscitiui. Deinde dicitur. b. ¶ Exequitur propositum. Et primo determinat de memorari. Secundo de reminiscencia. De reminiscencia autem reliquum est dicere. Circa primum tria facit. Primo ostendit quid sit memorari. Secundo cuius partis animæ sit. ibi: Quis autem de phantasia. Tertio propter quam causam fiat. ibi: Dubitabit autem vtique aliquis. Et quia operationes & habitus, & potentie specificantur ex obiectis. ideo circa primum duo facit. Primo inquit quid sit obiectum memoriæ. Secundo concludit quid sit memoria. ibi: Est quidem igitur memoria. ¶ Circa primum duo facit. Primo dicit de quo est intentio. Secundo manifestat propositum. ibi: Neque enim futura. Dicit ergo primo, qd ad determinandum de memoria, primo oportet accipere qualia sunt memorabilia, quia obiecta sunt priora actibus, & actus potentis, vt dictum est in Secundo de Anima. Necessarium autem est hoc determinare, quia multoties accidit deceptio circa hoc: quia aliqui putant quorundam esse memoriã, quorum non est. Deinde cum dicit.

N. Leonicensi interpretatio.

De memoria autem & memorari dicendum quidnam est, & quam ob causam fiat, & cui animæ parti hæc accidat passio, & de ipso reminiscencia. Non enim iidem memores sunt, & ad reminiscenciam apti. sed magna ex parte memores magis sunt ingenio tardi, reminiscencia vero valent ij, qui mente celeres & dociles existunt.

Primum igitur considerandum est qualia sunt memorabilia: sepius enim istud nos fallit.

Nam neque quod futurum est, memorari contingit. uerum opinione & spe percipiunt. Et profecto erit sciencia quædam spei ad dicta, ut de diuinatione quidam autumant.

reminiscencia est quædam reuocatio prius acceptorum non conseruatorum, & ideo illi qui sunt velocis ingenij ad inueniendum & recipiendum disciplinã, etiã sunt bene reminiscitiui. Deinde dicitur. b. ¶ Exequitur propositum. Et primo determinat de memorari. Secundo de reminiscencia. De reminiscencia autem reliquum est dicere. Circa primum tria facit. Primo ostendit quid sit memorari. Secundo cuius partis animæ sit. ibi: Quis autem de phantasia. Tertio propter quam causam fiat. ibi: Dubitabit autem vtique aliquis. Et quia operationes & habitus, & potentie specificantur ex obiectis. ideo circa primum duo facit. Primo inquit quid sit obiectum memoriæ. Secundo concludit quid sit memoria. ibi: Est quidem igitur memoria. ¶ Circa primum duo facit. Primo dicit de quo est intentio. Secundo manifestat propositum. ibi: Neque enim futura. Dicit ergo primo, qd ad determinandum de memoria, primo oportet accipere qualia sunt memorabilia, quia obiecta sunt priora actibus, & actus potentis, vt dictum est in Secundo de Anima. Necessarium autem est hoc determinare, quia multoties accidit deceptio circa hoc: quia aliqui putant quorundam esse memoriã, quorum non est. Deinde cum dicit.

Manifestat propositum. Et primo dicit, qd memoria nõ est futurorum. Secundo, qd non est præsentium. ibi: Neque præsentis. Tertio qd est præteritorum. ibi: Memoria autem facti est. Dicit ergo, qd futura non contingit memorari, sed eorum est opinio

nio ex parte virtutis cognoscitur, dum scilicet aliquis opinatur aliquid esse futurum: & sperat ex parte virtutis appetitiuæ, dum scilicet spes in aliquid futurum quandoque tendit. Dicit autem, qd etiam quædam sciencia potest esse futurorum, quæ potest esse speratiua sciencia. Quidam autem nominant eam diuiniatiã, quæ per eam aliqui possunt cognoscere quid in futurum cōtinget, de quo est spes. Sed cum spes sit futurorum quæ ab homine acquiri possunt, huiusmodi autem sunt futura contingentia, de quibus non potest esse sciencia: videtur qd nulla sciencia possit esse speratiua futurorum. Dicendum autem est qd de futuris contingentijs, secundum se consideratis, non potest esse sciencia: sed cum in causis suis consideratur, potest de eis sciencia esse, prout aliqua sciencia cognoscunt esse inclusiones quædam ad tales effectus. Sic enim & sciencia naturalis est de generalibus & corruptibilibus. Et hoc etiã modo Astrologi possunt per suam scienciam pronuntiare quosdam futuros euentus sperando: puta vbertatem vel sterilitatem, propter dispositionem, corporum cœlestium ad tales effectus. Deinde cum dicit.

Neque præsentis est, sed sensus. Hoc enim neque futurum, neque factum cognoscimus, sed tantum præsens.

Memoria autem facti est, præsens autem cum adest, vt hoc album, cum aliquis videt, nullus vtique dicit memorari, neque quod consideratur, cum sit considerans & intelligens: sed hoc quidem communiter sentire dicit, illud autem scire solum. Cui vero sine actibus scienciæ & sensum habeat: sic memoratur, qd triangulus duobus rectis æqualibus habet, hoc quidem, quia dicitur aut speculatus fuit, illud vero, quoniam audiuit aut vidit, aut aliquid tale. Semper enim, cum secundum memoriã agat sic in anima dicit, qd hoc prius audiuit, aut sensit, aut intellexit.

Est quidem igitur memoria, neque sensus neque opinio: sed horum alicuius habitus aut passio. cum factum fuerit tempus. Ipsius autem nunc in ipso nunc non est memoria, sicut dictum est. Est enim præsentis quidam sensus, futuri vero spes, facti autem memoria est. Vnde post tempus memoria omnis. Quare quæcunque tempus sentiunt, hæc sola animalia memorant & isto sentiunt.

LECTIO II.

Voniam autem de phantasia prius in his, quæ sunt de Anima, dictum est, & quod intelligere non est sine phantasmate.

Accidit enim eadem passio circa intellectum, quæ quidem

sus aliquis dicitur reminiscencia: secundum illud Virgilij. Hæc talia passus Vlyx es. Oblitus ve sui est Itacus discrimine tanto. Per quod intelligi voluit, quod meminit sui: sed intentio Philosophi est dicere, qd memoria est præteritorum quantum ad nostram apprehensionem, id est, quod prius sensimus vel intelleximus aliqua indifferenter, siue ille res secundum se considerata sunt in præsentis, siue non. Deinde cum dicit.

Sed neque id, quod præsens est, illius enim est sensus: hoc enim neque futurum, neque præteritum cognoscimus sed solum id quod præsens est.

Memoria autem est præteriti, præsens vero cum adest, ut hoc album quod quis id conspicit nullus utique memorari asseret, neque quod contempletur, cum considerat & intelligit, sed illud quidem se sentire dicit, hoc autem scire solummodo. Cum vero sine operatione scienciam habuerit & sensum, tum de trianguli meminit angulis quod duobus rectis sunt æquales. hoc quidem, uel quia dicitur, uel contemplatus fuerit, illud vero quoniam audiuit, uel viderit, aut huiusmodi quippe percipit: semper enim cum memoriã operamur, tacite secum animo confirmat quod prius id audiuit, aut sensit, aut est contemplatus.

Est igitur memoria neque sensus, neque opinio, sed horum alterius, habitus, aut passio, cum interceperit tempus. ipsius autem nunc in ipso nunc non est memoria, ut dictum est prius, sed præsentis quidem sensus, futuri autem spes, præteriti vero memoria. quæ obrem cum tempore omnis est memoria, & iccirco quæcunque tempus sentiunt animalia hæc sola recordantur, & isto quo sentiunt.

LECTIO II.

Voniam autem de Phantasia dictum est prius in commentarijs de Anima, & quod sine phantasmate intelligere non licet.

Eadem enim in intelligendo contingit passio, quæ in describendo, ibi

LECTIO II.

Quæ Philosophus ostendit quid est memoria, hic ostendit ad quam partem animæ pertineat. Et circa hoc duo facit. Primo præmittit quoddam, quod est necessarium ad propositi manifestationem. Secundo manifestat propositum. ibi: Magnitudinem autem & motum. ¶ Circa primum. Primo præmittit quod intendit. Secundario manifestat quod dixerat per exemplum. ¶ Accidit enim eadem passio. ¶ Tertio ostendit quid circa hoc sit alibi manifestandum. ibi: Propter quam igitur causam. ¶ Proponit ergo primo, quod in Libro de Anima dictum est, de phantasia quid sit: quia scilicet est motus factus a sensu secundum actum. In eodem etiam libro dictum est, quod non contingit hominem sine phantasmate intelligere. Deinde cum dicit.

Manifestat hoc, quod ultimo dixerat. Posset enim alicui videri inconueniens, si non posset homo sine phantasmate intelligere, cum phantasma sit similitudo rei corporalis: intelligere autem

In Prologo

Tex. 6. 31. & 33.

Tex. 6. 61. Tex. 6. 20. 30. & 10.

quilibet habitus per similes actus, & multiplicata causa fortifica-
tur effectus. Deinde cum dicitur.
h ¶ Epilogat similiter supradicta. Et dicit quod dictum est quid
est memoria & memorari: quia memoria est habitus, id est habi-
tuali quadam conferuatio phantasmatis, non quidem secundum
seipsum. (hoc enim
pertinet ad virtutem
imaginatiuam: sed
inquantum phantas-
ma est imago alicuius
prius sensati. Di-
ctum est etiam ad quod
partem anime earum,
quae in nobis sunt, p-
tineat: quia scilicet
pertinet ad primum
sensituum, inquan-
tum per ipsum cogno-
scimus tempus.)
h Quid quidem igitur est me-
moria & memorari, dictum est,
quoniam phantasmatis vt ima-
ginis cuius phantasma habitus,
& cuius particula earum, quae
in nobis, quia primi sensitui &
quo tempus sentimus.

LECTIO III.

LECTIO III.

Rostquam Philosophus de-
termina-
uit de memoria, &
memorari, nunc de-
terminat de reminis-
centia. Et primo dicit de
quo est intentio, se-
cundo profertur,
propositum, ibi. Non
enim est memoria. Dicit
ergo primo, quod
postquam dictum est
de memorari, reliquum
est dicere de reminis-
centia hoc ordine, vt
cunq; vera possint
accipi per disputati-
uas rationes, primo
supponantur, quasi
existentia vera, per
quod excusat se a p-
lixia disputatione eo-
rum, quae ad reminis-
centiam pertinent.
Deinde cum dicit.
b ¶ Exequitur pro-
positum. Et circa hoc
tria facit. Primo o-
stendit quid sit remi-
niscencia per compa-
rationem ad alias ap-
prehensiones: secun-
do determinat modum
reminiscendi, ibi. Contingit autem
reminiscencia. Tertio
ostendit qualis
passio sit reminiscen-
tia, ibi. Quod autem
corporea quaedam pas-
sio. Circa primum
duo facit. Primo ostendit
quid non sit reminiscencia, secundo
quid sit, ibi. Sed cum re-
sumat. Circa primum duo facit.
Primo proponit quod intendit,
secundo manifestat propositum, ibi.
Cum enim primum addi-
scat. Dicit ergo primo, quod
reminiscencia neque est resumptio me-
moriae, ita quod nihil aliud sit
reminisci quam iterato memorari,
neque iterum reminiscencia est
prima acceptio alicuius cognoscibilis,
puta quae sit per sensum, vel per
intellectum. Deinde cum dicit.
c ¶ Manifestat quod dixerat. Et
circa hoc duo facit. Primo ostendit
differenciam duorum, quae
proposuerat, scilicet resumptionis
memoriae & acceptiois: secundo
ostendit quod reminiscencia non
sit memoriae resumptio, neque
etiam acceptio, ibi. Amplius
manifestum. Circa primum duo
facit. Primo ostendit quod ac-
ceptio non est memoria, quia
ille qui accipit non memoratur:
secundo ostendit quod nec conuer-
so memorari est acceptio, eo quod
ille, qui memoratur, non de nouo
accipit, ibi. Neque ex principio.
Dicit ergo primo: quod cum
aliquis primum addiscat: vel
patiatur

Remisci autem reli-
quum est dicere. Pri-
mum quidem igitur,
quacunque in argumentatiuis
rationibus vera sunt oportet po-
nere, vt existentia.

b Non. n. est memoriae resumptio
reminiscencia, neque acceptio.

c Cum enim primum addiscat
aut patiatur: non resumit me-
moriae neque vnam. Nulla. n.
ante facta est.

d Neque ex principio accipit.
Cum enim factus fuerit habitus
aut passio, tunc memoria est.
Quare vna cum passione, quae
fit, non ingeneratur.

e Adhuc autem cum primo fa-
cta est in individuo & ultimo,
passio quidem inexistit iam pa-
tientis & scientia, si oportet vo-
care scientiam habitum aut pas-
sionem. Nihil autem prohibet
secundum accidens memorari
quendam quae scimus. Memorari
autem secundum se non est ante
factum tempus. Memoratur
enim nunc quae audiuit, aut vi-
dit, aut passus fuit prius, non
quod nunc passus est memorat
nunc.

f Amplius manifestum quonia
memorari est non nunc reminis-
centem, sed a principio sentie-
tem aut patientem,

quantum ad apprehensionem sensituiam: nullam memoriam
tunc resumit, quia nihil resumitur nisi prius existens: nulla autem
memoria praecessit, ergo primum addicere vel sentire non est me-
moriae resumere. Deinde cum dicit.
d ¶ Ostendit quod memorari non sit prima acceptio. Et circa hoc
duo facit. Primo o-
stendit quod memorari
non consistit in hoc
quod est accipere noti-
tiam: secundo ostendit
quod non consistit in
hoc quod est primo ac-
ceptum esse, ibi. Ad-
huc autem. Dicit ergo
primo, quod neque
etiam memorans ac-
cipit a principio noti-
tiam rei memora-
tae. Cum enim memo-
ria sit facta, vt supra
habitum est, tunc est
memor, quando noti-
tiam per modum ha-
bitus, vel saltem pas-
sionis iam est in fa-
cto esse. Sed, cum sit
prima passio in ipsa, sci-
licet acceptioe noti-
tiae, nondum est in-
facto esse, ergo non-
dum sit in homine
memoria. Deinde
cum dicit.
e ¶ Ostendit quod
neque memoria, est
in primo instanti, in
quo iam facta est noti-
tiam, siue per mo-
dum habitus, siue per
modum passionis, si-
cut quando non est
notitia est in habi-
tuum versa. Vbi con-
siderandum est, quod
sicut probat in Sex-
to Physicorum, pri-
mo dicitur esse fa-
ctum aliquid in indi-
uisibili instanti, quod
est vltimum tempo-
ris mensurantis mo-
tum. Dicit ergo, quod
cum primo facta est noti-
tiam in indivisibili, quod
est vltimum temporis
generatiois notitiae,
in illo quidem instanti
dici potest quod iam
inest patienti, id est,
acquirenti notitiam
passio & scientia, ita
vt non faciamus vim
in nomine scientiae,
quod proprie signifi-
cat habitum: sed ac-
cipiamus hoc nomen

Quid igitur est memoria, & ipsum
memisse, dictum est, quoniam fan-
tasmatis vt imaginis, cuius est fanta-
sma, habitus est, praeterea cuiusdam par-
tis in nobis, quoniam scilicet primi sen-
situi, quo etiam tempus percipimus.

Reliquum autem est, vt de
reminiscencia dicamus. Prin-
cipio igitur quacunque in
problematis vera inuenta sunt, suppo-
nantur vera.

Neque enim memoriae resumptio
est reminiscencia, neque apprehensio.

Cum enim primo didicerit quispiam
aut patiatur, neque ullam resumit me-
moriae, nulla enim praesuit.

Neque a principio sumit, quando
autem factus fuerit habitus aut passio,
tunc est memoria: quamobrem vna non
fit cum passione.

Praeterea, quando primo in indivi-
duo & vltimo factum est passio qui-
dem iam inest patienti & scientia, si-
quidem habitum aut passionem scien-
tiam appellare conuenit. Nihil enim
obstat per accidens nonnullorum me-
minisse quae scimus, memorari autem
per se non inest nisi interceperit tem-
pus in praesentia namque meminit eius
quod vidit, aut passus est ante, non il-
lus quod nunc patitur in praesentia
meminisse censetur.

Manifestum quoniam etiam est, quod
meminisse est, non rememorantem in
praesentia quod a principio senserit,
aut passus fuerit.

Kommuniter pro habitu & pro passione. Et ratio huius quod di-
citur, quia semper in vltimo instanti generationis verum esse di-
cere illud esse, cuius est generatio, sicut in vltimo instanti gene-
rationis ignis, ignis iam est. Existente autem scientia, nihil prohi-
bet memorari ea, quae iam scimus: sed hoc est per accidens. Non
enim memoramus ea inquantum in praesentia eorum scientiam
habemus, sed per se memorari non contingit antefactum tem-
pus, scilicet antequam interueniat tempus medium inter notitiam
prius existentem, & ipsam memoriam. Memoratur. n. nunc ali-
quis quae prius audiuit, vel vidit, vel qualitercunque passus fuit
non autem nunc memoratur, quod nunc passus est. Manifestum
est autem, quod primo aliquis iam passus dicitur in ipso vltimo in-
stanti passionis. non ergo tunc potest esse memoria. Deinde
cum dicit.
f ¶ Ostendit vltimum, quod reminiscencia nec est memoriae resum-
ptio, nec noua acceptio. Et dicit per praemissa manifestum esse, quod
memorari

LECTIO III.

ta l. me-
moria

memorari contingit non nunc reminiscencia, id est non memo-
rari aliquid huiusmodi, quod nunc reminiscitur, sed eius, quod a prin-
cipio sentit vel qualitercunque passus est. Et sic reminiscencia
non est resumptio memoriae, sed refertur ad aliquid, quod prius
aliquis apprehendit. Deinde cum dicit.
g ¶ Manifestat quod
sit reminiscencia. Et
primo dicit, quod remi-
niscencia est resum-
ptio primae acceptio-
nis, secundo ostendit
quod non quilibet talis
resumptio est remi-
niscencia, ibi. Neque
itaque. Dicit ergo pri-
mo quod reminiscencia
non est resumptio me-
moriae, sed cum memo-
rit aliquid id, quod
prius sentit, vel sentit
sensu proprio vel co-
muni, huiusmodi in-
bitu dicitur esse me-
moriae. Sicut enim
memorari refertur ad
prius factam notitiam,
ita & reminisci. Et
tunc est reminisci, si
cum aliquo modo re-
sumamus priorem ap-
prehensionem, non au-
tem ita quod reminiscen-
tia sit aliquid eorum,
quae dicta sunt, vel
sensus, vel memoriae,
vel phantasia, vel scie-
tia: sed quod remi-
niscencia accidit memo-
rari, quia reminiscen-
tia est quaedam motus
ad memorandum. Et
sic memoria sequitur
reminiscencia, sicut
terminus motus, vel
secundum aliam litera-
reminiscencia sequi-
tur memoriam, quia
sicut inquisitio ratio-
nis est via ad aliquid
cognoscendum, & tunc
ex aliquo cognito p-
cedit, ita reminiscen-
tia est via ad aliquid
memorandum, & ta-
men ex aliquo me-
morato procedit, vt
infra patebit. Dein-
de cum dicit.
h ¶ Hic ostendit quod
non quilibet resum-
ptio sensus vel scien-
tia est reminiscencia. Et dicit, quod non est vltimum hoc verum quod remi-
niscencia fiat quoad quocumque iterum sit cognitio scientiae vel sensus, quae
prius fuerat, sed quodam modo contingit resumere scientiam,
aut sensum reminisci, & quodam modo non. Et quod non sit vltimum
resum, ostendit per hoc quod contingit eundem hominem, secundo
post amissam scientiam idem addicere aut inuenire, quod prius
hoc tunc non est reminisci. Oportet igitur quod reminisci differat ab
his, scilicet ab iterato addicere vel inuenire, & quod aliquid plus in-
sit, quod sit principium reminiscendi, quod requiratur ad addiscendum.
Quid autem sit illud plus, per sequentia manifestatur.

g Sed cum resumatur quae prius
habuit scientiam aut sensum, aut
cuius vis denique habitum, me-
moriae diximus esse hoc, &
tunc reminisci aliquid eorum,
quae dicta sunt. Memorari autem
accidit, & tunc memoriam sequitur.

h Neque itaque hoc simpliciter,
sed cum ante essent, iterum fiunt:
sed est vt est, aut vt non. Bis enim
discere & inuenire contingit eun-
dem idem. Oportet igitur dif-
ferre reminisci ab his, & cum re-
miniscimur longe maius princi-
pium nobis inesse, quam cum de-
nuo addiscimus.

LECTIO V.

Ontingit autem remi-
niscencia, quoniam aptus
natus est fieri hic mo-
tus iam post hunc. Si fieri enim
ex necessitate, manifestum quod
cum motus fuerit illo, hoc mo-
uebitur. Si autem non ex neces-
sitate, sed ex consuetudine, vt ad
multum mouebitur. Accidit au-
tem quosdam semel consueuisse
velocius quam alios multoties
motos. Vnde quaedam semel vi-
dentes, magis memoramus quam
altera multoties.

b Cum igitur reminiscimur, mo-
uemur secundum quaedam pri-
morum motuum, quousque vtique
moueamur postquam ille con-
sueuerit. Vnde & quod consueuerit
tenemur, meditantur a nunc:
aut alio aliquo, & vt a simili, aut
contrario, aut propinquo, & pro-
pter hoc fit reminiscencia. Mo-
tus enim horum, horum quidem

LECTIO V.

Rostquam Philosophus inquisit quomodo reminiscencia
se habeat ad alia, quae ad cognitionem pertineat, hic
incipit manifestare reminiscendi modum. Et primo ma-
nifestat modum reminiscendi: secundo ostendit differentiam
inter memoriam & reminiscencia, ibi. Quod quidem igitur non idem
sunt. Circa primum duo facit. Primo ostendit modum reminiscen-
di quantum ad res, quarum reminiscimur: secundo quantum ad tem-
pus, reminiscencia enim occurrat tempus, sicut memoria, & hoc
ibi. Maxime autem oportet cognoscere. Circa primum duo facit,

A primo proponit causam reminiscendi, secundo ostendit modum
quo proceditur in reminiscendo, ibi. Cum igitur reminiscimur.
Causa autem reminiscendi est ordo motuum, qui relinquuntur in
anima ex prima impressione eius, quod primo apprehendimus.
Hanc ergo causam primo proponens dicit, quod reminiscencia con-
tingit, per hoc quod vnus
motus natus est post
alium nobis occurrere
quod quidem contingit
dupliciter. Vno mo-
do, quando secun-
dus motus consequi-
tur post primum motum
ex necessitate, sicut
ad apprehensionem
hominis sequitur ap-
prehensio animalis ex ne-
cessitate, & sic mani-
festum est quod quia ani-
ma mouet primo mo-
tu, mouebitur etiam
secundo. Alio vero mo-
do contingit, quia secun-
dus motus sequitur post
primum non ex ne-
cessitate, sed ex con-
suetudine quia, scilicet
conuenit post hoc co-
gitare vel dicere vel
facere, & sic secundus
motus sequitur post
primum non semper, sed
vt ad multum. Vt in
pluribus, sicut etiam esse
causae naturales, vt in
pluribus ex suis cau-
sis sequuntur, non sem-
per. Dicta autem consue-
tudo non firmat aequa-
liter in omnibus homi-
nibus, sed accidit quod
quidam semel cogitan-
do, velocius inueniunt
in se consuetudinem,
quam alii, si multoties co-
gitent hoc post illud,
quod potest contingere
vel per maiorem atten-
tionem & profundio-
rem cognitionem, vel
per naturam, quae est
melius receptiua & re-
tentiua impressiois.
Et inde etiam contin-
git, quod non semel vide-
tes quaedam, magis me-
moramus eorum, quam
alia multoties vltima.
Quia ea, quibus ve-
hemerius intendimus,
magis in memoria ma-
nent. Ea vero, quae superficialiter & leuiter videmus aut cogita-
mus, cito a memoria labuntur. Deinde cum dicit.
b ¶ Ostendit quomodo reminiscencia procedat, supposito praedicto
ordine motuum. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat modum
procedendi in reminiscendo: secundo ostendit vnde oportet remi-
niscencia procedere, ibi. Oportet autem acceptum esse princi-
pium. Circa primum duo facit. Primo manifestat modum, quo pro-
cedit in reminiscendo: secundo ex hoc ostendit qualiter differat
reminisci & addicere, quod supra indeterminate dimiserat, & hoc
ibi. Et in hoc reminisci. Circa primum tria facit. Primo proponit
modum reminiscendi, secundo ex hoc soluit quandam dubitatio-
nem, ibi. Nihil autem oportet. Tertio manifestat propositum per si-
gnificationem, ibi. Vnde citissime. Primo igitur concludit ex praemissis,
quod ex quo vnus motus sequitur post alterum vel ex necessitate,
vel ex consuetudine, oportet, quod quando reminiscimur, moueamur
per aliquem horum motuum, quousque uequiamus ad hoc quod
moueamur apprehendendo illo motu, qui consueuit esse post pri-
mum, quem, si motum intendimus reuenerit reminiscendo, quod
reminiscencia nil est aliud quam inquisitio alicuius, quod a memo-
ria excidit. Et ideo reminiscendo veniamur, in inquisitum id, quod
consequenter est ab aliquo priori, quod in memoria tenemus.
Parua Naturalia S. Tho. D Sicut

B Neque hanc profectio simpliciter si-
cum praesentem ante a rursus sunt, sed
est quomodo hoc contingit, & est quo-
modo non eandem enim rem bis cur-
dem discere & inuenire contingit.
Reminisci igitur ab huiusmodi differre o-
portet, & pluri existente principio
quam ex quo quodammodo discit, reminisci.

LECTIO V.

Terri autem contingunt remi-
niscencia, quoniam hanc post
illam nata est fieri motio.
Et si quidem ex necessitate, palam est
quando illa mouetur, hanc etiam mo-
ueri, si autem non necessario, sed ex co-
suetudine, ut in pluribus mouebitur.
Contingit autem quosdam semel ma-
gis consueuisse, quam alios sepius mo-
tos. Quamobrem quaedam semel ui-
dentes illorum meminimus magis quam
alia multoties.

Quando igitur reminiscimur per
praecedentes quosdam motiones mo-
uemur, quo ad per eam moueamur
postquam illa fieri consueuerit. Quamo-
brem quod sequitur indagamus ab ip-
so nunc, aut alio quopiam, necnon a simi-
li, aut a contrario, aut proximo, & ic-
circo fit reminiscencia, horum nam-
que motiones, partim quidem sunt ex-
dem, partim uero simul, nonnullorum

ment. Ea vero, quae superficialiter & leuiter videmus aut cogita-
mus, cito a memoria labuntur. Deinde cum dicit.
b ¶ Ostendit quomodo reminiscencia procedat, supposito praedicto
ordine motuum. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat modum
procedendi in reminiscendo: secundo ostendit vnde oportet remi-
niscencia procedere, ibi. Oportet autem acceptum esse princi-
pium. Circa primum duo facit. Primo manifestat modum, quo pro-
cedit in reminiscendo: secundo ex hoc ostendit qualiter differat
reminisci & addicere, quod supra indeterminate dimiserat, & hoc
ibi. Et in hoc reminisci. Circa primum tria facit. Primo proponit
modum reminiscendi, secundo ex hoc soluit quandam dubitatio-
nem, ibi. Nihil autem oportet. Tertio manifestat propositum per si-
gnificationem, ibi. Vnde citissime. Primo igitur concludit ex praemissis,
quod ex quo vnus motus sequitur post alterum vel ex necessitate,
vel ex consuetudine, oportet, quod quando reminiscimur, moueamur
per aliquem horum motuum, quousque uequiamus ad hoc quod
moueamur apprehendendo illo motu, qui consueuit esse post pri-
mum, quem, si motum intendimus reuenerit reminiscendo, quod
reminiscencia nil est aliud quam inquisitio alicuius, quod a memo-
ria excidit. Et ideo reminiscendo veniamur, in inquisitum id, quod
consequenter est ab aliquo priori, quod in memoria tenemus.
Parua Naturalia S. Tho. D Sicut

Sicut enim ille, qui inquit per demonstrationem, procedit ex aliquo priori, quod est notum, ex quo venatur aliquid posterius, quod est ignotum, ita etiam reminiscens ex aliquo priori, quod in memoria habetur, procedit ad reinuendum id, quod ex memoria excidit. Hoc autem primum, a quo reminiscens suam inquisitionem incipit, quadoque quidem est tempus aliquod notum, quandoque autem aliqua res nota. Secundum tempus quidem incipit quadoque a nunc, id est a presententi tempore, procedendo in praeteritum, cuius querit memoriam: puta si quis querit memorari id quod fecit ante quatuor dies, meditatur sic, hodie feci hoc, heri illud, tertia die aliud, & sic secundum consequentiam motuum assuetorum peruenit resolucendo in id quod fecit quarta die. Quandoque vero incipit ab aliquo alio tempore, puta si quis in memoria habeat quod fecerit octava die ante: & oblitus sit quod fecerit quarta die, procedet descendendo ad septimam, & sic inde quousque veniat ad quartam diem, vel: et ab octava die ascendet in quintadecima die, aut si aliquid aliud tempus praeteritum. Similiter etiam quandoque reminiscit aliquis incipiens ab aliqua re, cuius memoratur, a qua procedit ad aliam triplici ratione. Quadoque quidem ratione similitudinis, sicut quando aliquis memorat de Socrate, & per hoc occurrit ei Plato, qui est similis ei in sapientia: quandoque vero ratione contrarietatis, sicut si aliquis memoretur Hectoris, & per hoc occurrit ei Achilles. Quadoque vero ratione propinquitatis cuiuscumque, sicut cum aliquis memorat patris, & per hoc occurrit ei filius. In eadem ratio est de quacumque alia propinquitate, vel societatis, vel loci, vel temporis. & propter hoc fit reminiscencia, quia motus horum, semel uticem consequuntur. Quorundam enim praemissorum motus sunt idem, sicut praecipue similitum, quorumdam autem simul, sicut contrariorum, quia cognito vno contrariorum, simul cognoscitur aliud, quandoque vero quidam motus habent partem aliorum, sicut contingit in quibuscumque propinquis, quia in vnoquoque propinquo consideratur aliquid, quod pertinet ad alterum: & ideo illud residuum, quod deest apprehensioni, cum sit paruum, consequitur motum prioris, ut apprehensio primo, consequenter occurrit apprehensioni secundum. Est autem considerandum ulterius, quod quadoque peruenitur ad motum posteriolem ex aliquo priori secundum praedictum modum ab his, qui querunt in venire motum consequentem perditum, & hoc proprie est reminiscencia, quando scilicet aliquis ex intentione inquit alicuius rememoremur, contingit autem quadoque etiam illi, qui non querunt memorari, propterea quod sic procedentes ex priori motu in posteriolem, ut dictum est, deueniunt in memoriam alicuius rei, cum ille motus rei oblitus fiat in anima post alium, & hoc quidem erat praeter intentionem (sed ut secundum multa) id est in pluribus aliis motibus quales dixerimus, scilicet similibus

& iidem, horum autem simul, illorum autem parte habent: quare reliquum paruum est quod motum est post illam. Querunt quidem igitur sic, & non quarentes autem sic reminiscuntur, cum post alterum motum ille fiat, plerumque tamē alteris factis motibus (quales diximus) fiebat ille.

